TRACTATUUM PRÆCIPUORUM
DE
RENUNCIATIONIBUS,
TOMUS SECUNDUS.
AD USUM GERMANIÆ
POTISSIMUM ACCOMMODATUS
QUO
Quæ contineantur ſequens pagella
exhibet.
ADIECTUS & INDEX.
EDENTE
JO. SCHILTERO.

ARGENTORATI,

Sumptibus JO. REINH. DULSSECKERI,
ANNO MDCCII.

INDEX MATERIARUM.

ADDITIONES AD DALNERUM. fol. 3. seqq.
Responsum I. De Renunciationis Natura, Forma & Effectibus. fol. 41
II. De Renunciationibus fœminarum, An ? & quatenus valeant. fol. 58
III. De Existentia conditionis ad renunciationem hereditatis Reservativi. *So lange Eheliche Leibs-Erben, und Erbens-Erben Männlichen Stammes und Nahmens vorhanden seyn vverden.* fol. 132
IV. De effectu clausulæ Reservatoriæ filiarum Nobilium renunciatarum *biß auff den ledigen Anfall, oder, So lang und viel Kinder von ihren Brüdern und deren Ehelichen Leibs-Erben im Leben seyn vverden.* fol. 173
V. De Filiarum Nobilium Regressu tacitè Reservato ad bona renunciata sub Clausula, *daß Sie allein gegen ihre leiblichen Brüder dem Mannlichen Stamm zum besten, nach der Fränckischen Ritterschafft Gebrauch und Herkom̃en verziehen haben vvollen.* fol. 209
VI. Mater Renunciata, An regressum habeat ad successionem liberorum ex capite læsionis legitimæ. fol. 269
Johannis Andreæ Frommanni Dissertatio Juridica,
De
Existentia Conditionis pacti renunciatæ hereditatis Reservativi.
Von Ergebung des so genandten ledigen Anfalls. fol. 274.

B. L. S.

JO. SCHILTER.

QUod præterito anno promissum fuit, nunc exhibetur. Tomus videlicet alter *DE RENUNCIATIONIBUS*, isque potissimùm Practicus, ex solida Theoria erutus, à famigeratissimo JC. Dn. LEUCHTIO summo cum judicio concinnatus. Elucescunt inter illa sidera præprimis tam STATUTA NOBILIUM IMPERII IMMEDIATORUM, quam, Variorum Illustrium JURISCONSULTORUM RESPONSA quibus verior PRAXIS FORI GERMANICI aperitur. Fortes creantur fortibus & bonis: ab hoc Viro non potest nisi illustre quid expectari. *Fruere igitur* L. B. & fave. Dat. Argent. M. Jan. M DCC II.

CHRIST. LEONH. LEUCHTII
Reipubl. Norimbergenſis Conſiliarii

ADDITIONES

ad

ANDREÆ DALNERI
JCti celeberrimi.

TRACTATUM
De

VARIORUM JURIUM RENUNCIATIONIBUS.

Annexis Quibusdam

CONSILIIS.

ADDITIONES
AD CAPITIS I.
Rubricam

De Renunciatione in genere ac in specie.

DE Renunciationibus habetur Titulus 7. in Sext. DECRETAL. lib. I. Item: CLEMENT. Lib. I. Tit. 2. add. Gloss. Cardinal. Jo. Monachi cum Addition. Philippi Probi.

Tractatus peculiares scripserunt: Henricus Breulæus. Jacob. Burrigarius. Onuphrius Donadeus. Paulus Galleratus. Hubert. Giphanius. egregiè Jacob Cancerius in variar. Resolut. part. 3. cap. 15. & Francisc. Fulgineus in Tract. de Jure Emphyteutico. Tit. de Renunciationibus.

De Renunciatione Successionum.

BArthol. Kellenbenzius. Carol. Anton. Bottilierius prolixè in Tract. de Successionibus ab intestato. cap. 2. Joann. Heeser de Acquæstu Conjugali part. 2. loc. 20. Dn. Ferdin. Christ. Harpprechtus Part. II. Tract. Academ. de Successionibus. Dn. Samuel. Stryckius in Tract. de Successionibus ab Intestato Dissert. VIII. cap. 10. per tot. Jo. Torre in Tract. de Pactis Futuræ Successionis, per totum Lib. II. Abraham à Wesel de Connubiali Bonorum Societate. part. 2. cap. 6. de *Pactitia futurarum Successionum Renunciatione*. item: Joh. Dauth. de Pactis Renunciativis & Dispositivis.

 Qui-

Quibus accedunt *Dissertationes Academicæ* de *Renunciatione Filiarum Illustrium*; Joh. Backmeisteri. Generos. Friderici Wilhelmi à Beichlingen. Philippi Dobneri. Georg. Christoph. Waltheri. Christoph. Besold. Thesaur. Pract. voc. *Verzig Adelicher Tœchter.* item: B. Dn. Johan. Andr. Frommanni Dissertatio de *Existentia Conditionis Pacti Renunciatæ Hereditatis Reservativi. Von Ergebung des ledigen Anfalls.*

Ad Cap. I. *n.* 1. *verb. usum Germaniæ.*

PRo conservanda Illustrium ac Nobilium Dignitate Germaniæ aliarumque Nationum, consuetudo Filiarum Renunciationes comprobat, testante Andr. Gail. *lib.* 2. *Obs.* 122. & *Obs.* 147. Joach. Mynsinger. *Cent.* 2. *Obs.* 71. Bartholom. Muscul. *de Success. Convent. Membr.* 2. *n.* 109. Carl von Hagen *lib.* 2. *Institut. Jur. publ. cap.* 4. §. 8. Udalric. Zas. *vol.* 1. *cons.* 1. *num.* 51. Herm. Vultej. *vol.* 2. *Consil. Marpurg.* 29. *n.* 36. Ernest. Cothmann. *vol.* 2. *Resp.* 99. *n.* 103. Joh. Fichard. *vol.* 1. *cons.* 3. *n.* 8. & 20. Et in specie in SAXONIA; vid. Text. *in Landrecht. Lib.* 1. *Artic.* 23. & *Constit. Elector. D. Augusti.* 35. *part.* 2. ibique Benedict. Carpzov. *Definit.* 1. *seqq.* Matth. Berlich. *part.* 1. *conclus.* 49.

De BAVARIA, HASSIA & SUEVIA. Jacob Orloshaus. *in prælim. Responsi:* An Fœmina Extantibus masculis rectè excludatur. *num.* 98. add. *infra quæ ad cap.* 17. *n.* 26. & Kellenbenz. *de Renunciat. Success. quæst.* 7. *num.* 18. *seqq.*

De FRANCONIA Nicol. Everhard. Jun. *vol.* 1. *consil.* 6. Georg. Mundius à Rodach. *vol.* 2. *cons.* 10. Dn. Harpprecht *d. part.* 2. *de Succession. cap.* 6.

De AUSTRIA testatur Enenckel. *de privil. Parent. & Liberor. privil.* 14. *part.* 2. *cap.* 23. *num.* 34. Benedict. Finstervvalder. *lib.* 2. *Observat. Austriac.* 114. *n.* 6. *seqq. add. n.* 52. *hujus cap.*

De BELGIO. Paul. Christin. *vol.* 1. *Decis.* 249.

De ANGLIA. Joh. Covvel. *ad Instit. Jur. Anglic. lib.* 3. *Tit.* 1.

De SCOTIA. Jo. Skenæus. *ad L. Scot. lib.* 2. *cap.* 3.

De

De Gallia. Renat. Choppin. *lib. 2. de Morib. Paris. Tit. 5. num.* 12. Joh. Papon. *de Arrest. lib.* 16. *Tit.* 4.

De Hispania. Did. Covarruv. *in Relect. ad Cap. Quamvis, de Pactis in 6to* Ludov. Molina de *Primogenit. Hispan. lib. 2. cap.* 12. *n.* 51. *v. contrarium.*

De Italia. Jac. Menoch. *de Arbitr. Jud. Cas.* 149. Udalricus Zasius *vol.* 1. *Cons.* 1. *n.* 52. Jac. Philipp. Portius. *Consil.* 97. *n.* 5. *Cons.* 179. *n.* 14. *Cons.* 183. *n.* 2.

De Sabaudia. Ant. Faber. *in Cod. lib.* 2. *Tit.* 3. *defin.* 1. *& sqq.*

Sed in Alsatia hanc consuetudinem non obtinere testatur Caspar à Lerch. *de Ord. Equestr. part.* 2. *n.* 56.

Ad Cap. I. n. 11. seqq.

RENunciatio seu Resignatio Imperatoris non est licita, nisi Electorum Consensus accesserit. Hinc Anno 1010. Henricus II. volens se Imperio abdicare & Argentinæ fieri Canonicus, non fuit admissus ad Renunciationem; Sed Carolus V. Imperii pertæsus literas ad Electores misit, quibus Imperium Romanum ex causis prægnantibus resignavit, & illis Fratrem Ferdinandum commendavit; De quibus post Wilhelm. Godolevæum apud Schard. *Tom. II.* & Joachim. Camerar. apud Freherum *Tom. III.* elegantissimè Illustr. Dn. Ulricus Obrechtus Ludovici XIV. Magni Consiliarius *in Dissert. de Abdicatione Caroli V. Imperatoris.*

Regna Hispaniæ autem Filio suo Philippo II. gubernanda dimisit, & in Monasterium Sancti Ordinis Divi Hieronymi DEO in solitudine vivere recessit, ubi monialis vitæ in Exercitio non tamen sumto habitu quousque ab hac vita migravit, exemplo devotissimo peregit. Castald. *de Imperat. Quæst.* 103. *n.* 11. *& Quæst.* 110. Signorol. *Consil.* 26. Papa Romanus autem potest in suis manibus renunciare Pontificatum, sed ex honestate saltem in Consistorio coram Cardinalibus; ut tradit Mastrillus *lib.* 1. *de Magistrat. cap.* 24. *n.* 11.

Huc pertinet quæstio: *An Rex in præjudicium liberorum*

Regna renunciare possit? Neg. Hugo Grotius *lib.* 2. *de Jure Belli & Pac. c.* 7. *n.* 26. In lineali enim successione patris factum nocere non potest liberis natis, quia simul atque existere cœperunt, jus proprium eis quæsitum est ex lege; nec non ex providentia Majorum, & Primi Acquirentis. add. Johann. Deckeri *Vot. Cameral. Relat.* 7. *n.* 50. *seqq.* Myler ab Ehrenbach *de Princip. & Stat. Imp. cap.* 21. *n.* 13. Betsius *de Pact. famil. Illustr. cap.* 9. Dietrich à Rondeck. *ad A. B. Tit.* 7. *pag.* 100. Rumelin. *part.* 1. *ad A. B. disp.* 6. *Concl.* 7.

Quod verò attinet Renunciationem *officiorum*, illa non nisi in manibus Principis fieri debet, juxta *l. pen. ff. de Offic. Præsid.* Carocc. in Regul. concessa. *ampl.* 4. *de R. J. in* 6. Menoch. *de Recuper. possess. Remed.* 1. *num.* 277. quia interest principi ne dimittat beneficium sine ejus licentia. *l. fin. Cod. de defens. Civit.* Cancer. *lib.* 3. *Var. Resol. cap.* 14. *n.* 20. Cabed. *part.* 3. *decis.* 23. Renunciatione autem officii in manibus Principis nondum acceptâ, officialis administrationem officii tanquam non vacantis administrare potest. Rebuff. *part.* 3. *Prax. Benef. de Simon. in Resignatione. n.* 29. Francisc. Caldeira *Cons.* 8. *n.* 7. Ant. Fern. de Ottero. *in Tr. de Officialibus. part.* 1. *cap.* 17. *n.* 8.

Ad Cap. I. *n.* 15.

ALia definitio communiter tradi solet, ut *Renunciatio* sit juris sui tam quæsiti quàm adhuc quærendi legitima ac spontanea abdicatio sive refutatio. Lancellot. *in Institut. Jur. Canon. pr. de Renunciat.* Hæc autem Renunciatio, quomodo definiatur, præsupponit aliquod jus de præsenti competere, quo possit renuncians privari, quia privatio præsupponit habitum, & potest fieri de Jure quæsito plenè, & etiam de quærendo, ubicunque aliqua spes de præsenti competit, sive magna sit, sive parva. *l.* 21. §. *filius fam. & l.* 46. *in fin. ff. de Pactis.* Paul. Christinæ. *Decis. Belgic.* 279. *seqq.* Paul. Gallerat. *de Renunciat. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 25. Futuro enim Juri regulariter renunciari nequit, nisi sit radicatum in causa

de

de præſenti, vel pactum duarum partium intervenerit, vel in Judicio renunciatio facta, vel expreſsè in tempus, quo jus erit quæſitum, collata ſit. vid. Card. Tuſch. *Lit. R. Concluſ. pract.* 172. & *ſeqq.* Jus QUÆSITUM hîc dicitur, quando Dominium rei plenè nobis quæſitum fuit, ſive ſit Dominium rei corporalis, ſive incorporalis, & dicitur Jus in Re. Jus QUÆRENDUM autem appellatur, quando nondum Bona nobis fuerunt quæſita, ſed jam poſſumus acquirere, ſi volumus; Vel: habemus aliquam ſpem acquirendi certam vel incertam. juxta *l. fin. ff. de Acquir. poſſeſſ.* ubi Dd. Joh. Bolognett. *in l.* 1. *Cod. de Pact. n.* 2. Paul. Gallerat. *de Renunciat. lib.* 1. *in præfat. n.* 14. & dici ſolet Jus ad Rem. ut ex Phil. Decii *Conſil.* 147. docet Jul. Caponius *de Pact. & Stipul. quæſt.* 5. *n.* 2. & conſideratur hoc Jus QUÆRENDUM tripliciter, *primo:* quando competit de præſenti cum plena poteſtate acquirendi, & dicitur jus delatum. text. *in l. delata. ff. de V. S.* Gallerat. *c. l. in fin.* *Secundò*, quando ſub Conditione, vel in diem nobis aliquid debetur. *l.* 4. *ff. de Condit. & demonſtr.* & dicitur habere aliquam certitudinem de præſenti, quia cauſa propter quam competit eſt certa, ut in pacto vel contractu conditionali, qui revocari non poteſt, & in debito in diem, quod adveniente tempore debetur. Prout latius Jul. Capon. *in dict. Tr. de Pact. & ſtipul. quæſt.* 5. *n.* 5. *Tertiò*, quando eſt Jus quærendum de Futuro ex cauſa, tamen fundata in eventu futuro, ut quando quis ſperat ſuccedere conſanguineo ſuo; Nam tunc eſt ſpes incerta, cum licet lege, certo ordine vocentur conſanguinei ad Succeſſionem, tamen poteſtas teſtandi omnibus regulariter eſt conceſſa. *l. ſi quæramus. ff. de Teſtam.* Bolognet. *in l.* 1. *C. de Pact. n.* 3. *verſ. Jus quærendum*, ubi latè add. Alphonſ. de Olea *de Ceſſion. Jur. & Action. Tit.* 3. *quæſt.* 10. *n.* 2. *ſeqq.* Hieron. Palma. *Allegat. Jur.* 152. *n.* 14. *ſeqq.* Jus QUÆRENDUM igitur, quod fundatum eſt in ſpe incerta, poteſt etiam quis per pactum de non petendo ab ſe abdicare, quod non poteſt fieri, niſi duorum vel plurium voluntate nitatur. Capon. *de Pact. & Stipul. quæſt.* 6. *n.* 1. Unde *Renunciatio* alia dicitur *ſimplex*, quæ ſolius Renunciantis nititur placito ſive conſenſu; Galerat. *lib.* 1. *de Renunciat.*

ciat. cap. 8. *n.* 6. *seqq.* Alia *Conventionalis*, quæ mutua partium Conventione vel pacto ultro citròque perficitur. Galerat. *c. l. lib.* 4. *c.* 3. *per tot.* Theodor. Reinking in Enarrat. *l. fin. Cod. de Pact. n.* 10. *& seqq.*

Sed Juris Futuri sive *Futuræ Successionis Renunciatio* à quibusdam dividitur in *Translativam*, *Extinctivam* & *Abdicativam*. Alphons. Olea. *cit. tr. Tit.* 1. *quæst.* 2. *n.* 16. *seqq.* HÆC dicitur, quando quis nullius favore ex se, absque interventu alterius personæ declarat, nolle succedere. Petr. Actolin. *Resolut.* 40. *n.* 13. Hieron. Palma. *Allegat. Jur.* 153. *n.* 97. *seqq.* Paserin. *ad cap. Quamvis. de Pact. in* 6. *n.* 61. EXTINCTIVA est, quando quis favore alterius excludit & extinguit se à jure succedendi de medio se auferens, & locum aliis faciens nempe hæredibus accrescendo. Jul. Capon. *Disceptat. forens.* 216. *n.* 2. Petr. de Franchis. *Decis.* 14. *n.* 23. Andreol. *Controvers.* 310. *n.* 13. quæ renunciatio fit de hæreditate deferenda seu delata, non verò de jam quæsita; quæ propriè dicitur Renunciatio. Fab. de Anna. *Cons.* 45. TRANSLATIVA verò dicitur, ubi quis abdicat à se jus succedendi, & illud transfert in eum, in cujus Beneficium renunciavit. Jul. Capon. *c. l.* & hæc Translativa præcipuè locum habet de hæreditate adita seu delata & non adita; Et hæc Renunciatio potius donationem quàm renunciationem sapit. Jo. Bapt. Hodierna *Controv. Forens. cap.* 8. *n.* 58. Add. Jul. Capon. *de Pact. & Stipul. quæst.* 53. *n.* 12. Donadæus. *de Renunciat. lib* 2. *cap.* 44. *n.* 56. *seqq.* Bottiglier. *de Succession. Renunciat. Theorem.* 43. Paul. Galerat. *lib.* 2. *de Renunciat. cap.* 4. *n.* 19. Merlin. Pignatell. *Controvers. for. Cent.* 1. *cap.* 6. *n.* 7. Joh. Bapt. Saminat. *cons.* 2. *n.* 10. *seqq.* Card. de Luca *de Renunciat. Discurs.* 6. *n.* 13. Hieron. Palma *c. l. n.* 111. *seqq.*

Ad Cap. I. *n.* 52.

DE consuetudine *Austriaca* & *Stiriaca* Renunciationes hæreditatis Paternæ in favorem fratrum & reliquorum descendentium ad conservandam Familiam à Filiabus Illustribus

bus & Illustrissimis factæ valent etiam absque Juramento, ut testatur Bern. Walther. *de Jure Consuetudin. Austriaco, lib. 2. Tit. 18.* his verbis: *Wann ein Vatter des Herrn oder Ritterstandes seine Tochter aussteuert, und dieselbe mit einem Ehelichen Hausrath versiehet, so muß Sie sich nach Landes Gebrauch der Vætterlichen Erbschafft, so lange der Mannsstamm im leben*, verzeihen, *und dem Vater dißfalls bey ihrer Aussteurung einen* Verzicht-Brief *geben. Wenn aber der Manns-Stamm in absteigender Linie abgestorben, so verhindert der Tochter die gegebene Verzicht nicht an der* Succession. Et paulò post: *Und obvvohl die Verzichten denen geschriebenen Rechten nach nicht kræfftig seyn, sie vverden dann mit einem Eyd bestættiget, so ist doch dem Landes-Gebrauch nach einiger Eyd nicht vonnœthen. Derovvegen vvenn eine Tochter eine Verzicht giebet, ob sie gleich selbige* mit keinem Eyd nicht bekræfftiget, so ist sie dennoch die Verzicht zu halten schuldig. Addatur hîc *Ober-Oesterreich. Land-Tafel. Part. 5. Tit. 4.* vers. *Ob auch vvohl &c. Steyrische neue Gerichts Ordn. Art. 4. in fin.* Et de his prolixe scripsit Joh. Baptist. Suttingerus *in Manuscriptis de Jure Consuetud. Austriaco* Lit. U. voc. *Verzicht.* Joann. Weingartten. *in Concord. & Discordant. Jur. Commun. & Austr. lib. 3. Tit. 1.* Joh. Henr. Reütter. *in different. Jur. Civ. & Austr. ad Tab. 9. n. 1. seq.*

An verò stante hâc Renunciatione *fœminæ perpetuò censeantur exclusæ & ultimus familiæ de Bonis renunciatis testari possit?* Negatur ex rationibus sequentibus, quia 1. masculi cum filiabus in hisce Renunciationum casibus quasi contrahere videntur, si illi omnes moriantur, ut filiæ in bonis renunciatis plenariæ succedant. 2. Quia Renunciatio à filia facta est conditionata & restrictiva, ut tamdiu valeat, quamdiu masculi sunt in vivis, demortuis autem iis, non amplius obligat, cessante enim causa Renunciationis, cessat effectus. Gail. *lib. 2. Obs. 137.* Bened. Finstervvalter. *lib. 2. Observat. Austr. Pract. 114. n. 10. & seqq.* ubi prolixè Add. Besold. *Consil. 171. n. 58. & n. 263. seqq.* Nicol. Reusner. *Vol. 1. Cons. 12. per tot.*

Ad Cap. I. *n. 55. seqq.*

REnunciatio Juris ſive illa expreſsè ſive tacitè fiat, vim donationis obtinet, & hinc in dubio non præſumitur. *l.* 28. §. *Si filius. ff. de Pactis, l.* 25. *ff. de Probat.* illa enim ſtricti juris eſt, ſtricteque accipienda & interpretanda, ut Renuncianti minus abſit, adeo, ut ab uno caſu ad alium non extendatur. *l.* 47. *ff. de Pact.* Gail. *lib.* 1. *Obſ.* 77. *n.* 5. Decian. *Vol.* 1. *Reſp.* 45. *n.* 11. Card. Tuſch. *Tom.* 6. *Lit. R. Concl.* 180.

Sic ſi plura beneficia ac Jura in una eademque re alicui competunt, licet uni expreſsè vel tacitè renunciaverit, non ſtatim propterea alteri renunciaſſe cenſeatur. *l.* 21. *ff. de Servit. præd. urb.* Carpzov. *p.* 2. *conſtit.* 46. *def.* 12. *num.* 6. & 7. Barbos. *Theſaur. Locuplet. Voc. Renunciatio. Axiomat.* 3. *Limit.* 3. Renunciationes enim ſtrictiſſimè interpretantur, tam reſpectu rerum ac jurium, quàm perſonarum, *l. ſi unus.* §. *ante omnia. ff. de Pact.* Jo. Bapt. Laderchi *Conſil.* 127. *n.* 13. Maſcard. *de Probat. Concl.* 1264. Unde appoſitè tradit Decian. *Vol.* 3. *Reſp.* 7. *n.* 75. multò plus id procedere in Renunciatione Tacita, quæ reſultat ex patientia, vel contraventione, ut nunquam talis Renunciatio tacita extendatur, niſi quatenus neceſſariò ex ipſo actu patientiæ aut contraventionis inferatur. *l. ult. C. ne Uxor pro Mar.* Carocc. *Deciſ.* 37. *n.* 7. Sic nunquam inducitur Renunciatio, quando verba neceſſario illam non important; Hincque eſt, quod renuncians Inſtrumento, non cenſetur renunciaſſe debito, ſed probationi Inſtrumenti. Decius *Conſil.* 17. *n.* 3. ſeq. & *conſ.* 169. *n.* 2. Roland. à Valle. *Conſ.* 43. *n.* 16. Decian. *Vol.* 2. *Conſ.* 24. *n.* 76. ubi dicit: Renunciantem literis non cenſeri renunciaſſe contentis in eis, ſed tantum probationi per ipſas faciendæ. Sic Renunciatio facta ex una cauſa, non extenditur ad Jus competens ex alia cauſa, etiamſi eſſet facta verbis generalibus. Unde Bartol. *Conſ.* 90. *n.* 5. tradit: Renunciationem factam Juri ſuccedendi ex teſtamento, non trahi ad Jus ſuccedendi ab inteſtato. Et pro his facit elegans Conſilium Tiber. Deciani. 169. *Vol.* 2. ubi *dicit:* Satis eſſe quod Renuncia-

cia-

ciatio in aliquo verificari possit, ut minus præjudicet Renuncianti, quàm fieri queat, cum semper ad ejus favorem interpretanda sit. Gratus. *Vol.* 1. *Cons.* 17. *n.* 46.

Ad Cap. I. *n.* 59.

QUia primus Acquirens talia feuda non jure hæreditario & sanguinis, sed ex providentia legis & pacto ad omnes de familia ejusdem nominis iisdem armis & insignibus legitimè utentes in infinitum pervenire voluit. Andr. Gail. *lib.* 2. *obs.* 54. *n.* 2. Alexand. *lib.* 4. *Cons.* 106. *n.* 8. & *Cons.* 107. *n. fin.* Matth. de Afflict. *in Tit. de Success. Feud. Patern. n.* 12. Carpzov. *Part.* 2. *Const.* 47. *n.* 5. Unde nec generali Renunciatione feudum continetur. *arg.* 2. *F.* 26. §. 1. *vers. in generali.* add. Paul. Christin. *vol.* 1. *Decis.* 228. & *Decis.* 268. *n.* 3. Carol. Ruin. *vol.* 1. *cons.* 24. *n.* 4. Fulgin. de Jure Emphyt. *Tit. de Renunciat. quæst.* 8. *n.* 3. & Gallerat. *lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 48. Donadæus. *de Renunciat. cap.* 5. *n.* 1. *seqq.* Kellenbenz. *de Renunc. Success. cap.* 26. *n.* 5. Bottiglier. *de Success. cap.* 2. *Theor.* 57. Nisi alia bona non existant, quàm feudalia, quæ tunc absque ulla dubitatione in generali renunciatione comprehenduntur. Fulgin. *c. l. quæst.* 7. *n.* 3. quia in jure nostro actus non debet esse frustratorius, nihilque operari. *l.* 1. *ff. ad Municip.* Surd. *lib.* 1. *Consil.* 81. *n.* 10. & 30. Bottiglier. *d. l. n.* 17. Abrah. à Wesel. *de Connub. Bonor. Societ. part.* 2. *cap.* 6. *n.* 113. *usq.* 117. Jo. Torre. *de Pact. futur. Success. lib.* 2. *cap.* 38.

Ad Cap. I. *n.* 99.

A Nonnullis dicitur *Renunciatio* alia *Realis*, alia *Personalis*, alia *Mixta*, præsertim in materia Successionis; Sic Realis *simpliciter & absolute illa est*, in qua intervenit pactum reale, & cujus verba sunt concepta in rem simpliciter nulla facta mentione personæ, ut puta, quando quis feudum vel aliam rem omninò refutavit, vel renunciavit omnibus & quibuscunque Bonis & hæreditatibus in genere præsentibus

& futuris, nam tunc Renunciatio afficit rem ipsam ejusque jus succedendi & acquirendi ab intestato & generaliter sumptum, cujus vigore renuncians remanet perpetuò & omni casu exclusus ab hæreditate renunciatarii & haberi debet pro mortuo. Gabriel *lib.* 1. *cons.* 89. *n.* 13. Merlin. Pignatell. *controv.* 29. *num.* 14. Menoch. *cons.* 335. *n.* 30. *seqq.* & *cons.* 104. *num.* 102. *seqq.* Mastrill. *Decis.* 65. *n.* 12. Amat. Dunozet. *tom.* 1. *Decis.* 676. *num.* 24. *seqq.*

PERSONALIS *simpliciter* & *absolutè est*, quando non solum fuit renunciatum Bonis & hæreditati alicujus certæ personæ, puta: Patris vel Matris, sed etiam certarum personarum intuitu, nempe fratrum, tunc enim est adeò *Personalis*, ut si fratres prædecedant, Renunciatio ipsa corruat, nec renuncianti obstet, quo minus ipse Patri & Matri in iisdem Bonis maternis & Paternis, quibus renunciatum duxerat immediatè valeat succedere, ut statuit Baldus *in l. pactum quod dotali.* 4. *Cod. de Collat. num.* 3. Paris *lib.* 3. *cons.* 26. *n.* 19. Surd. *Decis.* 252. *num.* 4.

Propriè verò dicitur *Personalis*, si tantum renunciatum fuit hæreditati, ac Bonis Paternis & Maternis, & cum expressa mentione personarum Patris & Matris, quia ipsas personas non egreditur, & ad Fratris hæreditatem ejusque Bona trahi nullatenus potest, etiamsi illa fuerint per Fratrem habita ex Successione Parentum, ut accuratè declarat. Menoch. cit. *Cons.* 335. *n.* 37. *seqq.* Ursill. *in Not. ad Afflict. decis.* 161. *n.* 4.

MIXTA *Renunciatio* dicitur, quando renunciatum fuit hæreditati alicujus certæ personæ, non autem contemplatione certarum personarum, sed ad favorem hæredum ac Successorum quorumcunque ex quorum verborum prægnantia per mortem alicujus certæ Personæ corruere non potest, sed ad instar Renunciationis Realis renuncians perpetuò excluditur à Bonis & hæreditate nempe Paterna & Materna favore quorumcunque hæredum, etiam Extraneorum ex Testamento, omniumque Agnatorum ab intestato. Jul. Capon. *Tom.* 3. *disceptat. Forens.* 216. *n.* 3. *seqq.* Jo. Baptist. *Saminiat. Controvers. forens.* 99. *n.* 7. *seqq.* Cæsar Panimolle *Decis.* 7. *Annot.* 2. *num.* 29. *seqq.*

Sed

Sed hæc diviſio à Joh. Torre in *Tr. de Pactis Futuræ Succeſſionis lib.* 2. *cap.* 10. iterum diſtinguitur in *Translativam*, *Extinctivam* & *Abdicativam*; de quibus ſupra ad num. 15. in fin. Et eſt RENUNCIATIO TRANSLATIVA ſemper *Perſonalis*, habito reſpectu ad perſonam, cui renunciatur; quia habet pro cauſa finali favorem perſonæ in quam transferuntur Jura renunciata. Jo. Pet. Actolin. *Reſolut.* 40. *n.* 26. quod verum eſt quoad Renunciatorium, ſed quoad Renunciantem eſt interdum *Realis* & operatur Effectus renunciationis Realis, quando fit de bonis jam delatis, tunc Renuncianti ad actiones ſuas renunciatas non datur regreſſus, Honded. *vol.* I. *conſ.* I. *num.* 5. Hic autem ſemper inſpicienda ſunt *Verba Renunciationis*, *an Realis*, aut *perſonalis* ſit, quia verba demonſtrant finem & intentionem renunciantis, & nullum noſtræ voluntatis majus & clarius teſtimonium eſt, quàm verborum expreſſa qualitas. Ant. Peregrin. *de Fideicommiſſ. Art.* 11. *n.* 36. Surd. *Deciſ.* 238. *n.* 8. Donadæus *tom.* 2. *de Renunciat. cap.* 44. *n.* 52. *ſeqq. Realis* igitur *Renunciationis Effectus eſt*, ut Renuncians perpetuò excluſus habeatur, & nequaquam ad bona renunciata admittatur. Mar. Cutell. *de Donat. inter Patr. & Fil. Tract.* 1. *Diſc.* 3. *par.* 6. *num.* 147. Lælius Altograd. *vol.* 1. *conſ.* 66. *n.* 46.

EXTINCTIVA vero *Renunciatio eſt Realis*, quia ibi non agitur de aliqua ceſſione ad alterius favorem, ſed tantum fit per renunciantem declaratio, ſe nolle ſuccedere; Poteſt tamen nihilominus aliquando eſſe *perſonalis*, quando acquiſitione perſonæ contemplatæ venit in conſequentiam, quia adeò conjunctæ & connexæ ſunt Renunciatio, Abdicatio, vel Privatio, & acquiſitio ejus cui fit renunciatio, ut una minimè poſſit eſſe ſinè altera. Paul. Gallerat. *de Renunciat. lib.* 2. *cap.* 44. *n.* 120. & *cent.* 1. *Cap.* 25. *n.* 19. Pet. Surd. *Conſil.* 133. n. 20. ubi latè. Contemplatio enim perſonarum omninò realitatem excludit, maximè, quia non ſolum expreſſa, ſed etiam perſonarum contemplatio ad realitatem ſubmovendam ſufficit. Jo. Torre. *d. l. n.* 54. *ſeqq.*

ABDICATIVA Renunciatio autem ſemper eſt *realis*, per quam Renuncians nulla habita conſideratione ad quas Perſonas bona renunciata perveniant, à ſe bonorum illorum

Dominium abdicat, & valet etiamſi non acceſſerit conſenſus perſonæ, in cujus hæreditate renuncians ſuccedere ſperat. Actolin. *controvers. Forens. cap.* 310. *num.* 22. add. Joh. Torre *d. tr. lib.* 2. *cap.* 9. *per tot.*

AD CAPUT II.
De Renunciatione Generali & Speciali Num. 2.

GENERALIS RENUNCIATIO conſideratur *dupliciter.* AUT generaliter quando renunciatur juri diſponenti, nempe omni legum favori & omnibus beneficiis legum ac Statutorum; AUT Generalis Renunciatio fit de Jure diſpoſito; Et hæc fit cum generaliter renunciatur omni juri, quod quis habet, vel habere ſperat; Et cum generaliter remittitur omne Jus, ſive præſens, ſive futurum. Paul. Gallerat. *lib.* 4. *de Renunciat. cap.* 3. *n.* 44. *ſeqq.* Et ſub hac Renunciatione continetur non ſolum Jus futurum habens cauſam de præſenti, ſed etiam de futuro, propter verba enim ſpei de futuro cenſetur renunciatum Juribus in futurum competentibus ex cauſa de futuro & non ſubſiſtente temporis. Jo. Franc. Ripa. *in l.* 1. *Cod. de pact. n.* 24. *ſqq.* Oſaſch. *Deciſ.* 75. *n.* 9. Paris. *Vol.* 3. *conſil.* 94. *n.* 12. Barthol. *Gattus. conſ.* 4. *n.* 107. *ſeqq. ubi plura.* Sic quoque Renunciatio *jurata* reſtringitur ad Jus competens ex cauſa de præſenti, vel de præterito, & ſubſiſtens tempore Renunciationis, non vero ad jus ex nova cauſa ſuperveniens, *cap.* 2. *de Renunciat.* Ant. Gomez. *ad L. Tauri.* 22. *num.* 11. Gallerat. *c. l. cap.* 2. *n.* 32. quia Renunciatio quantumque generalis cum pacto de ulterius non petendo non extenditur ad incogitata & incognita. *l. ſi de certa. l. ſub prætextu. C. de Transact.* ubique Gloſſ. Roman. *conſil.* 168. *n.* 2. Etiamſi Renunciatio eſſet jurata, quia Juramentum non facit, ut Renunciatio comprehendat jus futurum ex nova cauſa; juramentum enim habet tacitam clauſulam: *Rebus ſic Stantibus. l. fin. ff. qui ſatisd. cog. l. fin. C. de Non Numer. pecun.* Maſcard.

card. *de probat. concl.* 1665. *n.* 18. Gallerat. *c. l. Cent.* 1. *Renunc.* 17. *n.* 34. *sqq.* Juramentum igitur nunquam extenditur ad ignorata & incogitata in facto, sed benè ad ignorata in jure, prout si quis sciat factum super quo jurat, sed ignorat sibi competere remedium Juris ex illo facto, tunc benè extenditur Consensus. Roland. à Valle. *Vol.* 1. *consil.* 13. *n.* 34. & Carol. Ruin. *Vol.* 1. *cons.* 190. *in fin.* Sic etiam, si aliquo modo in genere cogitata fuerunt, licet non in specie, tunc Juramentum ad illa extenditur, quia talis cogitatio in genere sufficit ex privilegio juramenti, quia juramentum arguit scientiam ejus, super quo apponitur vel renunciando vel approbando, Natta. *Consil.* 480. *n.* 22. Guttierez. *de jurament. confirmat. part.* 1. *cap.* 71. Seraphin. de Seraphin. *de privileg. Juram. privil.* 119. COGITATUM autem aliquid dicitur non solùm, quando in individuo & in specie, sivè specificè dispositum reperitur; Sed etjam quando in genere dispositum aut factum præsumitur, sivè legitimè præsumi potest; Atque ita sufficere aliquid in genere cogitatum, licet non specificè dispositum aut cogitatum appareat, textus est *in l. qui Jure militari.* 7. *ff. de Testament. Milit.* ibique Brunnem. *num.* 2. Anton. Gabriel. *lib.* 6. *commun. concl. Tit. de Reg. Jur. conclus.* 4. Card. Tusch. *lit.* C. *conclus.* 754. *n.* 66. *seqq.* & *n.* 104. Deinde COGITATUM in genere supponitur, quando apponuntur verba admodum generalia, & maximè si universalia verba sint, & indubitanter, si ea geminata fuerint, ex vi namque horum verborum omnia comprehendi etiam non cogitata, nec cognita, statuunt, Grammat. *decis.* 66. *n.* 62. Tiber. Decian. *Tom.* 2. *Cons.* 35. *n.* 48. Paris. *vol.* 3. *cons.* 150. *n.* 11. Pet. Surd. *Lib.* 2. *cons.* 267. *n.* 6. *sqq.* nam licet specificè expressa & cogitata non fuerint, in genere saltem de eis cogitatum præsumitur, quod sufficit, utporè cum Generalis Renunciatio generaliter trahatur ad omnia *l.* 6. *ff. de Acceptil. l. Emptor.* §. *Lucius. ff. de Pact. ibique.* Dd. add. Tiraquell. *in præfat. ad l. si unquam. n.* 116. Paul Gallerat. *de Renunciat. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 25. *seqq.* Et tantum præjudicat, quantum specialis; unde & generalis subscriptio tantum nocet, quantum specialis. vid. Tiraquell. *c. l. numer.* 117. *seq.* Hinc Generalis Renunciatio non differt à speciali ad effectum, ut renuncianti sit præjudicatum, quia tantum ope-

operatur generalis Renunciatio in genere renunciato; quantum operatur specialis, quoad suam ipsius speciem, cum Generalibus semper specialia insunt, *l. Gallus. §. instituens. ff. de Liber. & Posthum.* ibique Dd. *l.* 147. *ff. de Reg. Jur.* Decian. *Tom.* 2. *consf.* 39. *n.* 51. Pet. Surd. *Consf.* 431. *n.* 4. Caveant igitur sibi Renunciantes à verbis Generalibus, quia generaliter voluisse intelliguntur generaliter remittere omnia, quæ implicitè scire & cogitare potuerunt. *l. fin. C. de dotis promiss. in fin. l. sub prætextu. C. de transact.* ibiq; Dd. & Gloss. Riminald. *consf.* 595. *n.* 9. Menoch. *consf.* 401. *n.* 120. verborum Generalitas enim periculum generat, & sæpè est fraudis causa. *l. si in Emt. ff. de contrah. emt. Paris. l.* 4. *consf.* 42. *n.* 22. Ideo sibi imputare debent, qui non cogitaverunt sub verbis generalibus omnia comprehendi; Idque multo magis, si verba fuerint Universalia geminata, quia includunt omnes casus, qui aliàs non includuntur. Stephan. Gratian. *Tom.* 1. *Discept. Forens. cap.* 134. *n.* 36. *seqq.* Joan. de Castill. Sotomaj. *Tom.* 5. *Controvers. quotidian. cap.* 116. *per tot.* Paul. Gallerat. *lib.* 4. *de Renunciat. cap.* 2. *n.* 27. *seqq.* & *n.* 38. *seq.*

Specialis verò & *Specialissima Renunciatio* quid sit, & quando locum habeat. vid. Carpzov. *part.* 2. *Constit.* 17. *defin.* 1. & *seqq.*

AD CAPITIS III. *Rubricam.*

RENUNCIATIO, ut EXPRESSA dicatur, requiritur, ut ex verbis pateat, deinde ut constet explicitè ex verbis, non autem per rationem intellectus inferatur, quia mens expressa cognoscitur verbis duntaxat. Bald. *in l. fin. C. de Instit. & Substitut.* Menoch. *Consf.* 110. *n.* 40. Ex quibus evidenter constat, Renunciationem *Expressam* eam intelligi, quæ per se clarè patet ex verbis, maximè ad eam inducendam aptis, vel per literas, aut similem expressam animi notam, quâ Jure suo non usurum apertè quis profitetur. Enenkel. *lib.* 3. *de privil. cap.* 15. *num.* 2. Frid. Prückmann. *consf.* 8. *n.* 118. Ex quo etiam

etiam fit, ut si ex legis vel Statuti dispositione renunciandum sit *expressè*, tunc sanè exigitur Renunciatio constans verbis apertis, non etiam ea, quæ colligitur per Rationem intellectus ab ipso expresso, per ea, quæ tradit Felin. *in cap. translato. n. 5. de constitut*, quod maximè procedit cùm expressio requiritur pro forma, siquidem tunc expressio nominatim fieri debet, neque alia expressio satis est, etiamsi adjecta fuerit in dispositione ea clausula, nimirum: ut renunciatio habeatur pro Expressa, ac si speciatim & nominatim facta fuisset, ut habetur in *l. omnes, Cod. de præscript. XXX. Annor.* ibique Baldus & alii Glossat. Unde in Renunciatione Fori, quæ expressa esse debet non satis est, ut renuncietur omni Exceptioni, sed renunciandum erit omni Privilegio, sive Exceptioni Fori. Mynsing. *Cent.* 1. *obs.* 88. Gail. 1. *observ.* 40. Renunciatio enim, quæ colligitur ex mente, vel ex conjecturis expressa impropriè dicitur. Tiraquell. *de LL. Connubial. Gloss.* 7. *n.* 187. Sic Renunciatio TACITA dicitur, quæ per se clarè non patet, ex vi & expressione verborum, inesse tamen negotio, quod agitur, colligitur per rationem intellectus, hoc est, per præsumtiones ex verbis, aut ex quopiam facto vel non facto. Jason. *in l. sicut Certim. C. de Testament. Milit. n.* 5. Et sic inducitur quoque TACITA Renunciatio præsumptione, ex tali actu præcedenti, qui illam necessariò infert. Jacob. Menoch. *cons.* 78. *n.* 5. Præsumtio enim & voluntas, quæ ex post facto apparet, causam efficientem constituit; Inde etiam TACITUM denotat id, quod 1. venit in necessariam consequentiam expressi, nempè quando ei, cui concessa est Jurisdictio, tacitè etiam concessa censentur ea, sine quibus commodè Jurisdictio expediri nequit, juxta *l. 2. ff. de Jurisdict.* 2. Quando TACITUM ex natura actus alicujus venit & pro expresso est, ut in *l. 60. ff. & l. 6. Cod. de Eviction.* ubi Evictio Emtioni Venditioni tacitè & naturaliter inest, & pro expressa habetur. 3. Quando TACITUM ex facto, vel alia causâ præsumto Consensu demonstratur *l. 2. & l. 4. ff. de pact.* B. Dn. Lauterbach. *in dissert. de Tacito pacto remissor. Thes.* 4. in Jure hæc *taciturnitas* scientia nempè conjunctâ habetur pro consensu. *cap. 43. X. de Reg. Jur. in 6to l. 13. ff. Locat. conduct. l. 26. §. 1. ff. de pi-*

 gnor.

gnor. Wesenbec. *in l.16. Cod. de pact. n. 9.* præsertim in iis Casibus, ubi quis contradicere necessum habet. *l. 18. ff. Mandati ibiq; Dd.* nam patientia Casibus, ubi quis contradicere vel protestare, aut resistere potest, præjudicium parit, tacitamque Renunciationem inducit, vid. Casp. Klock. *vol. 4. Consil. 21. n. 22.* Et sic TACITUM per omnia habetur pro Expresso, & idem operatur quod expressum. vid. Joan de Castillo Sotomaj. *Tom. 4. Controvers. Jur. cap. 17.* per totum, ubi prolixe.

AD CAPUT IV.

Num. 2. & seqq.

RENUNCIATIONES Juramento non interveniente nequaquam subsistere possunt. *cap. Quamvis. 2. de pactis in 6to* Inde Renunciationes, quas filiæ Parentibus præstant, non valent, nisi accedat Corporale Juramentum. B. Besold. *part. 3. cons. 134. n. 84. & 87.* Brunnem. *cent. 3. decis. 98.* quia Juramentum est de substantia renunciationis, ut proinde forma hæc specificè impleri debeat, eaque omissâ vel remissâ actus corruat. Ben. Carpzov. *part. 2. constit. 35. def. 6.* Paul. Christin. *vol. 1. decis. Belgic. 179. n. 9.* Paul. Gallerat. *de Renunciat. Cent. 1. Renunc. 58. n. 19.* AN AUTEM IN PERSONIS ILLUSTRIBUS AC NOBILIBUS CORPORALE JURAMENTUM REQUIRATUR. *An* verò *sufficiat, ut Principes ac Nobiles Imperii loco Juramenti Corporalis fidem suam obligent & renuncient? Daß Sie bey Ihren Fürstlichen, Græfflichen oder Adelichen Würden, Ehren, vvahren Worten, Trauen und Glauben, an Eydesstatt* renunciren *und verzicht leisten.* Quæstionis est, Affirmat posterius Excell. Dn. Joh. Schilterus, *in Praxi Jur. Roman. in Foro German. Exercit. 23. ff. 24.* quod etiam juxta Recess. Imperii de Anno 1555. §. 58. *Und da ein Churfürst &c.* quoad Principes in Comitiis approbatum fuit: Et ita judicatum esse in Camera, testatur Rutger. Ruland. *part. 2. de Commissar. lib. 2. cap. 9. n. 41.* quod etiam in Foro Saxonico communi ita observatum esse, docet Dn. Schilter. *cit. loc. add.* Rich-

Richter. *part.* 2. *Conſ.* 268. Hartmann. Piſtor. *lib.* 4. *quæſt.* 6. Paul. Chriſtin. *lib.* 2. *decis. Belgic.* 125. *n.* 2. Mart. Mager. *de Advocat. Armat. cap.* 13. *n.* 247. Sufficit igitur interponere fidem absque juramento, nam actum ſufficit per æquipollens adimplere, quia promiſſio Principis aut Nobilis Juramento æquiparatur. Pet. Philipp. *Corn. vol.* 3. *conſ.* 278. *n.* 8. Laurent. de Pinu. *conſ.* 118. *num.* 14. Lælius Altograd. *vol.* 1. *conſ.* 46. *n.* 5. *ſeqq.* Kellenbenz. *de Renunciat. Succeſſ. cap.* 3. *num.* 2. Enim vero talis promiſſio in renunciatione noſtra non ſufficit, quia Juramentum eſt de ſubſtantia Renunciationis, & ipſa forma à lege tradita præcisè eſt ſervanda, *l.* 13. *Cod. de Teſtam.* Forma enim de Jure ad diſpoſitionem aliquam requiſita in ſpecie per æquipollens ſupplere nequit. Jo. Franc. Andreol. *Controverſ. Jur.* 24. *n.* 3. Ciarlin. *in Controverſ. Jur.* 26. Nicol. Betſius *de Pact. Famil. illuſtr. cap.* 7. B. Myler ab Ehrenbach. *in Nomolog. Princip. cap.* 6. §. 44. *ſqq.* nec ab ullo poteſt immutari, quia Juramentum quando requiritur pro Solennitate vel validitate actus, non ſufficit dicere ſub periculo animæ ſuæ, ſed opus ſit ſolenniter Jurare. vid. Carpzov. *part.* 2. *Conſt.* 36. *def.* 9. *num.* 3. & 4. ubi in terminis probat, vim juramenti von habere interpoſitionem Principis, *aliud* enim eſt, Juramentum verum, *aliud* pro tali haberi, nec idem eſt, quod ponitur pro eodem. Rutg. Ruland. *part.* 2. *de Commiſſ. & Commiſſar. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 31. Joh. Köppen. *p.* 1. *Deciſ.* 56. *n.* 11. *ſeq.* Hinc Bernh. Grævaus. *lib.* 2. *Concluſ.* 59. exempla allegat, quod multi Principes corporaliter jurare coacti fuerint; & probat inſuper per vocem Fidei in dubio non Theologicam, ſed humanam intelligi; vid. Hartm. Piſtor. *cit. loc.* nam Princeps in contrahendo habetur tanquam privatus. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 56. *n.* 12. Non igitur ſufficit dicere, quod ſaltem de conſuetudine Germaniæ promiſſiones Illuſtrium perſonarum ſub dignitatis ſplendore factæ, obligare poſſint, cùm id in iis tantum promiſſionibus procedat, quæ ad ſui validitatem in ſpecie Juramentum non requirunt, tunc enim ob ſplendorem dignitatis, & ob præſumtionem fidei, quæ in hujusmodi perſonis exuberare debet, promiſſiones eo modo peractæ, æquè firmæ, ac ſi Juramento ſtabilitæ fuiſ-

C 2 ſent,

ſent, judicantur, Kellenbenz. *cit. loc. n.* 16. Rutg. Ruland. *d. l. cap.* 11. *n.* 49. Quamvis etiam de uſu ac Conſuetudine Germaniæ hodiè injuratas Renunciationes valere, ac ſubſiſtere, teſtetur David Mævius *p.* 3. *Deciſ.* 270. *n.* 6. *ſeq.* Vultej. *vol.* 1. *Conſ. Marpurg.* 26. *n.* 205. & 216. Joh. Brunnem. *ad l. fin. Cod. de ſuis & Legit. n.* 5. Sic quoque in iis locis ubi mediante Statuto Filiæ ipſo Jure pro renunciatis & excluſis habentur, ceſſante Renunciatione ipſa, ceſſet quoque Juramentum neceſſe eſt; uti Nobilitatis Immediatæ Franconiæ, Suevicæ & Rhenanæ Statutum de Anno 1653. in terminis confirmat.

STATUTUM
Immediatorum Nobilium Imperii. von Verziehenen Töchtern.

WIr Einer Frejen Reichs Ritterſchafft der Dreyen Creyſen in Schvvaben, Francken, und am Rheinſtrom erbettene und verordnete Directores, *Außſchuſſe Haubtleuthe, Rathe und Mitgliedere bekennen für uns, unſere Erben und Nachkommen, und thuen kund manniglichen, vvievvohl bey unſern in Gott ruhenden lieben Vor-Eltern, auch bey uns von vielen unfürdencklichen Jahren offentlich geruhig, und lœblichen Herkommen, vvie dann ſolches noch biß auff jezige zeit in üblichen gebrauch iſt, daß die von ihren und uns geborne* Eheleibliche Kinder, Weiblichen Geſchlechts, *vvann die zu ihren Mannbahren Jahren kommen, zu erhaltung Mænnlichen Stamm- und Nahmens, ſich der Vätt-Mütt-und Brüderlichen Erb und Verlaſſenſchafft* biſz auff einen ledigen Anfall *gegen einen zimblichen Heyrathguth, und Ausfertigung vvürcklich verzügen und begeben, daß doch ſolch bekanntlich uraltes herbringen, eines theils in zvveiffel zuziehen, und die* vergangene renunciationes *und* Verzicht *in mehr vveg anzufechten, und unkræfftig zu machen unterſtanden, vvordurch unſerm gemeinen Rittervveſen groſſe Zerrüttung, unruhe und mercklich ungemach*

mit

mit vornehmer Familien Nachtheyl und schaden zugezogen, die Mitglieder auch in schvvere kostbare und vveitlaufftige Rechtfertigungen gerathen: Dahero vvir nicht unbillich bevvogen und hœchlich verursacht vvorden, auff erspriesliche Mittel und vveg zugedencken, vvie diesem einreissenden übel und ohnheyl begegnet, und des Adels ruin verhütet *vverden mœge; Hierumben und damit die Rœm. Kayserl. Majest. unserm Allergnædigsten einzigen Oberhaupt und Herrn, vvir unsere liebe* Posteritet *zu vorfallender begebenheit unsere allerunterthænigst-getreue Dienst desto mehrers contentiren kœnnen, auch der Freye Reichs Adel in seinem Stand, Ehren, Würde, Hohheit, Flor und Uffnehmen bestændiglich erhalten vverde: Als haben vvir uns bey unterschiedlichen Ritterversamlungen vvissentlich, vvohlbedæchtig und mit guter zeitlicher Vorbetrachtung einer gevvissen Ord-Satzung und* Statuti *beredt, und beschlossen und verglichen*; Setzen, Statuiren und verordnen für uns, unsere Erben und Nachkommen *hiemit und in krafft dieses vestiglich, daß nun hinfüro bey unser freyen Ritterschafft denen* Adelichen Tœchtern, *so lang sie unverheyrathet Ihrem Stand gemeß gebührende Unterhaltung, an dem Ort alvvo sie sich mit der Freundschafft gut befinden auffhalten vverden, verschafft, auff dem fall der Verheyrathung aber für des jedesmahls* ab inteftato *verfallene, oder daher noch ervvartende Vatt- Mütt- und Brüderliche Erb, und zeitliche Verlassenschafft, von Ihren Eltern selbst, oder uff abgang derselben, von beederseits nechsten befreunden, oder da solche sich nicht vergleichen kœnten, von eines jeden Orts und viertels* Directorn, *Außschuß und Rathen nach ervvegung der sachen umbstænd, ein benantes gebührend und billigmæsiges* Heyrathguth, *oder* Aufzsteuer *sambt einer ehrlichen und zimblichen* Ausfertigung von Kleider und Kleinodien, des Adels herkommen gemäsz *geschœpfft, und bestimbt, auch entvveder mit Geld richtigen Zinßverschreibungen, oder andern annehm- und thunlichen genugsamb versicherten Mitteln abgelegt, und gut gemacht, darüber ihnen der Weibliche Geschmuck und Kleider bey den Mütterlichen Verlassenschafften ausgefolgt und zu diesem allem in- und ausserhalb Rechtens*

 schlei-

schleinig und ohne einigen vveitlæuffigen proceß *geholffen*, *sie dabey kræfftiglich gehandhabt vverden sollen. Hingegen sollen bemelte* Adeliche Tœchter, *und deren* posteritet *ihren* Gebrüdern den Ehelichen Mænnlichen Leibs Erben *und* Descendenten Mannlichen Nahmens und Geschlechts zum besten *von aller übrigen und vveitern* Vætt-Mütt-*und* Brüderlichen Erbschafften Haab *und* Guth *an* Lehen *und* Eigenthumb, *liegend und fahrenden, gegenvværtig und künfftigen gænzlich und allerdings* biss auff einen ledigen Anfall ausgeschlossen *und abgevviesen seyn, auch zuvor darzu keinen Zutritt oder Ansprach suchen und gevvinnen, sondern* für sich selbsten, *vvie vorstehet*, für verzügene Tœchter gehalten vverden: *auff den begebenden ledigen Anfall aber denenselben und ihren nach todt gelassenen Ehelichen Leibs-Erben der* Regress *und Zugang zu ihrem Erbtheil (davon sie vermœg dieser Ordnung und Statuti ausgeschlossen) und vorbehalten seyn: Worbey selbigen auch vorbehalten ist, und verbleibt vvas ihnen von ihren Eltern, Brüdern, Schvvestern, vervvandten Persohnen oder jemands durch verordnung* inter vivos *oder lezten Willen, absonderlich und vveiters gegünt, verlassen, übergeben, vermacht, verschafft oder geschenckt vvürd, ohne mannigliches Irrung, Eintrag, und verhinderung, es soll auch dieses Statutum denen absonderlichen* pactis familiæ, fidei commissis *und Stammens Vereinigung, so bereits auffgerichtet oder ins künfftig noch uffgerichtet vverden sollen, unpræjudicirlich sein:*

Dessen zu vvahrer Urkund haben vvir nit allein diese Ordnung, Statut- und Sazung mit unsern gemeinen Insiegeln vervvahret, sondern auch alle incorporirte und sich zu diesem Statuto verstehende Mittglieder, an statt der Minderjæhrigen und Pupillen aber deren Vormundere eigenhændig unterschrieben, und ihre angeborne Pettschafft fürgetruckt. Actum Geislingen den 12. *tag Februarii anno* 16 ,

De Cujusmodi Statuto, ut illud subsistat, videatur Barthol. Kellenbenz. *de Renunc. Success. quæst.* 7. *num.* 18. *seqq.* add. Nicol. Everhard. *vol.* 1. *consil.* 6. Chr. Phil. Richter. *part.* 6. *cons.* 3. *num.* 21. *seqq.* confer. hîc quæ supra de Consuetudine

tudine Austriæ & Stiriæ *ad cap.* 1. *num.* 52. annotavimus, nec non non quid de tali Statuto in Consiliis sub finem hujus operis adjectis, habentur.

Ad Cap. IV. *n. 28.*

REnunciatio facta uni tantum ex fratribus non prodest cœteris, *arg. l. jubemus. Cod. ad Senat. Vellejan.* Gutierez. *ad cap. Quamvis. de pact. in 6to. n. 7. seq.* Donadæus de Renunciat. *cap.* 3. *n.* 1. quia Renunciatio facta ad favorem unius Personæ non extenditur ad aliam. Pet. Franc. de Tondut. *part.* 3. *Resolut. Benef. cap.* 142. *n.* 24. *seq.* Conventio enim non extenditur ultra casum expressum, sed omissus habetur pro omisso. Lælius Altograd. *lib.* 2. *Cons.* 32. *n.* 42. *seqq.* Franc. Becc. *Cons.* 74. *n.* 3. præsertim quando agitur de Renunciatione hæreditatis delatæ, quia cum filia dominium paternorum bonorum sit consecuta, fieri non potest, ut porrio ista tanquam deficiens omnibus accrescat, sed ei soli prodest, ad cujus favorem renunciatio facta est. *l.* 1. *ff. de usufruct. accresc. l.* 16. *ff. Quemadm. servit. amitt.* quando igitur Renunciatio est restricta nominatim favore alicujus Personæ, ei tantum prodest. Nam si Renuncians dicat, se ad favorem Fratris primogeniti renunciare, vel à fratre primogenito nihil petiturum, tunc certum est, quod ad fratris favorem tantum dicatur renunciatum, & duntaxat pro rata eidem Fratri contingente hæreditas censeatur liberata; non verò pro parte aliorum cohæredum vel fratrum; quia personalis liberatio personam non egreditur. *l. si actionem. Cod. de pact. & l.* 1. *Cod. de Transact.* Paul. Gallerat. *de Renunciat. cap.* 25. *Cent.* 1. *n.* 31. Dissentit Kellenbenz. de *Renunciat. Success. cap.* 16. *per tot.* Bottiglier. *de Success. cap.* 2. *theor.* 50. *n.* 31. *seqq. Merlin. Pignatell. Cent.* 1. *Controvers. cap.* 32. *n.* 13. *seq.* add. Dn. Stryck. *de succession. ab intestat. Dissert.* 8. *cap.* 10. §. 88.

Ad

Ad Cap. IV. *n. 31.*

FRater ſine liberis decedens in præjudicium ſororum de bonis renunciatis teſtari nequit, quia bona hujuſmodi renunciata, & ad certum caſum tantum ceſſa, non ſunt in dominio fratris, ſed ſi is ſine maſculis decedat, Bona iſta reſtitutioni obnoxia ſunt, in tantum, ut frater, ejuſque hæredes de illis in præjudicium ſororis ejuſque hæredum, neque inter vivos, neque per ultimam voluntatem diſponere vel ea alienare poſſint; habentur enim pro rebus alienis, de quibus nemini teſtari permittitur. *per l. Marcellus.* §. *Res quæ. ff. ad SCt. Trebellian.* & *Auth. Res quæ. Cod. Comm. de Legat. l.* 79. §. *mandato. ff. de Legat.* 1. Mynſing. *Reſp.* 56. *n.* 6. Nic. Reuſner. *Vol.* 1. *Conſ.* 12. Knipſchild. *de fidei Commiſſ. Famil. illuſtr. cap.* 11. *n.* 154. Phil. Matth. *Vol.* 1. *Conſ. Marpurg.* 20. *n.* 43. & *ſeqq.* nec non *Conſil.* 21. *per tot.* Beſold. *Conſil. Tubing.* 171. *n.* 144. *ſeq.* & *Conſil.* 243. *n.* 33. *ſeq.* B. Dn. Fromman. *in Diſſertat.* de *Exiſtentia Condit. pact. Renunc. hæredit. Reſervat. theſ.* 65. & 85. Diſſentit Kellenbenz. *de Succeſſ. Renunciat. quæſt.* 23. *per tot.* Erneſt. Cothmann. *Vol.* 4. *Reſp.* 16. *n.* 35. *ſeqq.* Hieron. Schurff. *Cent.* 1. *conſil.* 96. Anton. Faber. *in Cod. Sabaud. lib.* 2. *tit.* 4. *def. fin. n.* 26. *ſeqq.* Unde etiam Sorores Renunciantes, ut de portionibus ſuis in caſum non exiſtentium Maſculorum ſibi reſtituendis ſecuræ ſint, ſufficienti cautione à fratribus præſtanda ſibi proſpicere, & confectionem Inventarii exigere poſſunt. Kellenbenz. *d. quæſt.* 23. *n.* 16. *ſeqq.* Mercur. Merlin. *de Legitima lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 15. Dn. Fromman. *cit. loc. th.* 69. *ſeqq.* Arius Pinell. *in l.* 1. *part.* 2. *num.* 22. *ſeqq. Cod. de Bon. Matern.* Si verò de facto aliquid de bonis Renunciatis in præjudicium ſororis diſpoſitum, vel quacumque ratione alienatum fuerit, tunc Sorori aut illius hæredibus ad res alienatas recuperandas vel Rei vindicatio, vel Hæreditatis petitio, vel interdictum Quorum Bonorum competit, ut in terminis G. A. Struvius *in Syntagmat. Jur. Civil. exercit. X. theſ.* 49. Phil. Matth. dict. *Conſ. Marp.* 20. *n.* 76. & *ſeqq.* Dn. Stryckius. *cit. loc.* §. 95. add. Dn. Harp-

Dn. Harpprecht *part.* 2. *Tractat. Academ. de Successiōn. Respons.* 8. *n.* 51. *& seqq.*

Ad Cap. IV. *n.* 34.

QUæritur, An Filia Renuncians Hæreditati Paternæ & Maternæ si excludatur tantum à Successione ab intestato, an etiam à testamentaria Successione exclusa censeatur? Negat. Bald. *in l. pactum. C. de Collat. n.* 9. Paul. Gallerat. *de Renunciat. Tom.* 2. *Cent.* 1. *Renunciat.* 38. *n.* 3 *seq.* Vultejus. *vol.* 1. *Cons. Marp.* 26. *num.* 256. *seq.* Paris. *vol.* 3. *Cons.* 60. *n.* 10. *seq.* Card. Ruin. *vol.* 1. *cons.* 98. *n.* 8. Etiamsi renunciatum fuerit Successioni ex testamento consentiente Patre & Matre. Paris. *vol.* 3. *cons.* 95. *n.* 28. *seq.* Jason. *in l. Stipulatio hoc modo. vers.* 2. *& ad hoc ff. de verb. oblig. n.* 16. Surd. *Decis.* 14. *num.* 8. Dn. Stryck. *de Success. ab intest. Dissert.* 8. *cap.* 10. §. 111. *& seqq.* Nam si testando per actum contrarium Pater vel Mater revocaverint consensum, prout revocare possunt, cum libertas testandi, quibuscunque Conventionibus auferri & coarctari nequeat; Sequitur inde, renunciantem nihilominus succedere posse ex testamento, quia consensus parentum tum demum effectum suum habet, si usque ad extremum vitæ spiritum duraverit. Unde hoc casu Jus non est in voluntate Renunciantis, sed in resistentia legis prohibentis, & hujusmodi renunciationibus resistentis *l. fin. C. de pact.* Hartm. Pistor. *part.* 2. *qu.* 6. *n.* 33. *sqq.* Lud. Molin. *de primog. & Major. Hisp. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 4. Ant. Gomez. *ad l. Tauri.* 22. *n.* 31. Pet. Surd. *Decis.* 14. *n.* 6. Bichius. *decis.* 40. *n.* 12. *sqq.* Id quod etiam locum habet quantumvis Renunciatio illa Juramento confirmata sit, quia eo ipso, quod Filia renuncians instituta fuerit in testamento, censetur à testatore remissum juramentum, ut per conditum testamentum revocato consensu per eum, cujus bonis fuit renunciatum, filia renuncians maneat penitus liberata ab obligatione renunciationis & juramenti vinculo. Vasquius. *lib.* 2. *de Success. Creat.* §. 18. *Requis.* 29. *lim.* 1. *num.* 199. Barth. Kellenbenz. *de Renunciat. Successiōn. quæst.* 31. *n.* 1. *seqq.* Dav. Mevius *ad Jus Lubeccens. part.* 2. *tit.* 1. *n.* 75. Et sic evanescit Re-

32. *Zum andern Irret nichts, daß Herren Wincklern Hauß-Frau, vermœg offtangeregtes Erbvertrags, und bruderlichen Teſtaments ſich ſo vvol einer, als der andern Erbſchafft begeben, und renuntiren müſſen, auch darzu gleichſam gemüſſiget vvorden.* Quæ renuntiationes utpote odioſæ Jure coercentur, adeò ut in dubio nunquam præſumatur renuntiatio, ſed error potius dicatur, quotieſcunque continet donationem & dilapidationem L. cùm de indebito. ff. de probat. l. ſi quis delegaverit, & ibi BART. ff. de novat. cap. ſuper hoc. Ex. de renunt. cum ſim.

Dann hierauff der Beſcheid, Quòd, quando renuntiatio
33. expreſſa eſt & clara, ſicut hoc caſu triplex facta proponitur renunciatio, *vvie oben gemeldt*, tunc nullus præſumitur error vel deceptio, ut multis docet TIB. DECIAN. conſ. 39. nu. 93. & ſeqq. vol. 2. Imò (quod benè notandum eſt) in dubio etiam judicandum eſt pro Renuntiatione, ut in terminis conſuluit CRAUETT. CONS. 57. incip. quietatio iſta. nu. 2. Quòd maximè locum habet, cum competenter filiæ ſunt dotatæ. IDEM TIB. DECIAN. conſ. 6. nu. 74. Vol. 1. Et talia pacta, quibus datur filiabus pecunia congrua pro dote, ut excludantur poſtea ab immobilibus hæreditatis paternæ, conſuetudine & ſtatutis plerorumque locorum, & Juri quoque feudali convenire docet MATTH. WESEMB. conſ. 51. nu.
34. 35. *Und darff disfals keiner Außführung, ob Herren Wincklers Hauß-Frau ſeelig competentem dotem bekommen oder nit, vveilen die uns überſchickte Acta genugſam mit ſich bringen, daß dieſelbe ihrem Herren und Hauß-Wirth auß Vatterlicher Erbſchafft 250. fl. vor eine Außfertigung, dann nach Jahr und Tag abermahlen 600. fl. zubracht, damit ſie gar vvol zu frieden ſeyn, und dem übrigen renunciren kœnnen*, Et huc pertinet, quod notabiliter ait TIB. DECIAN. CONS. 6.

nu.

nu. 54. vol. 1. & conf. 17. nu. 37. Vol. 2. Dotem mille ducatorum dici magnam re & nomine, & etiam Comiti congruam.

Zum dritten ob sichs gleich pro Wincklern ansehen lässet, als wann seiner Hauß-Frauen verzicht nur pro generali renuntiatione zuhalten, cujus ea vis non est, ut excludat renuntiantem à supplemento legitimæ, vel legitimam comprehendat, DD. ET JASON inprimis in l. si quando. C. de inoff. testam. ubi latè disputant, unde aliqui ex DD. putant, Etiamsi juramentum accesserit generali renuntiationi, tamen adhuc non excludi renuntiantem à supplemento legitimæ, ut BALDUS in rubr. ff. de Jurejur. col. pen. vers. sed Jus Canonicum. ARETIN. in l. 1. §. si quis ita. col. 5. de verb. oblig. ROM. in l. qui superstitis. 7ma. limit. D. de acquir. hæred. MINSING. resp. 38. nu. 36. MASCARDUS conclus. 1264. nu. 33. & antepen. *Daher erfolgen würde, daß Herr Winckler der Renunciation ungehindert, noch ein Ersezung seiner Hauß-Frauen legitimæ zubegeren habe*, *So ist jedoch das Wiederspiel so wol aus offt allegirtem Erbvertrag als dem Brüderlichen Testament zuerweisen, nemblich das solche renuntiation von erstgemelter Anna gantz wol bedachtig geschehen, dergestalt, daß weder sie Renuntiantin, oder derselben hinderlassener Sohn wieder solche renuntiation nunmehr zuzulassen, weilen versehenen Rechtens*, Quòd ubi statutum vel renuntiatio generalis patri facta est, excludit filias dotatas à successione patris, tunc neque renuntians neque filius ejus petere supplementum legitimæ possit, licet possit petere supplementum dotis congruæ: Imò renuntiationem filiæ factam cum Juramento hæreditati paternæ vel maternæ præjudicare supplemento & legitimæ & dotis, tenet TIB. DECIANUS conf. 6. per totum vol. 1. Idemque erit dicendum; si Juramentum non intervenisset, sed consuetudo loci vellet valere tale pactum etiam sine Juramento, quod fieri potest. HIERON. SCHURPFF. conf. 14. nu. 3. cent. 2. velut in Saxonia fieri tradit MINSING. resp. 33. nu. 5. WESEMB. conf. 23. nu. 56. Vel si expressè & legitimæ & supplemento renuntiatum sit: tunc enim extra omnem controversiam est,

35. 36. 37. 38.

quod renuntiatio obliget, ut per omnes in l. de his. ff. de transact. & in l. si quando. §. generaliter C. de inoff. testam. PARISIUS conf. 94. Visò. nu. 2. vol. 3.

39. *Zum vierden relevirt Herren Wincklern nichts, vvas respectu ihrer Brüderlichen Erbschafft gesagt vverden mœchte*, Quòd generalis renuntiatio non nocet Juri de futuro ex l. si ita scriptum. §. si sub conditione. ff. de leg. 2. & ALIIS AL-
40. LEG. PER. GL. in l. 1. C. de pactis. *Dann sich solches in unserm Fall nit befindet, sondern vielmehr, daß sein, Herren Wincklers Hauß-Frau seelig allererst post delatam hæreditatem fraternam, & adscriptum in testamento fraterno legatum, vvelches sie albereit habhafft vvorden, renuncirt,*
41. *vvie aus der Heyraths notul zusehen, Zu diesem auch Rechtens*, Quòd renuntiatio, licet regulariter non extendatur ad Jus de futuro competiturum, tamen specialiter & expressè facta Juri de futuro teneat, ut omnes tradunt in l. 1. C. de pactis, & plurimos in hanc sententiam allegat TIB. DECIAN. d. cons. 39. nu. 64. vol. 2.

42. *Zum fünfften so fallet auß ob deducirtem dieser Gegenvvurff, vvelcher in dergleichen casibus Renuntiationis von etlichen movirt vvird*, Qui existimant enormem læsionem eo casu præsumi, quando filia & paternæ & fraternæ & aliis hereditatibus renuntiasse proponitur pro una dote: ut in his terminis consuluit PETR. DE ANCHAR. cons. 38. pro clariori. col. 2. & sequutus est eum PHIL. DECIUS cons. 551. plenè nu. 2. & alii plurimi idem docuerunt quos refert TIB. DECIAN. cons. 39. nu. 8. & aliquot. seqq. ubi probat, idem esse, etiamsi Juramentum tali renuntiationi accesserit, quod
43. non debet esse vinculum iniquitatis. cap. quantò. Ex. de jurejur. Item, quòd fraus præsumitur ex insolitis l. si quis sub conditione. ff. de condit. Instit. cap. Quòd super his. Ex. de fide Instrum. cap. si quando. de rescriptis, ut de clausulis renuntiationum non solitis apponi in Instrumentis donationum non excedentium summam 500. aureor. tradit DECIAN. cons. 32. nu. 64. vol. 3. ubi & ad illud vulgare: Abundans cautela non nocet, respondet, quod imò noceat in suspectis & quæ possunt habere suspicionem fraudis, multosque DD.

DD. ad hoc allegat; *Und ist kürzlich die Antvvort, vvie hie oben bey dem ersten argumento contrario, daß noch zur Zeit vom Gegentheil Herren Wincklern kein læsio oder dolus ervviesen.* Dolus autem & præsumptio fraudis cessat quandocunque adest aliqua causa, etiam injusta dummodo sit colorata per ea quæ allegat DECIANUS conf. 11. nu. 8. vol. 2. Imò quælibet etiam injusta & bestialis ac exigui ponderis causa à dolo excusat, l. igitur. §. potest. ff. de liberali causa. cum pl. quæ allegat MENOCH. conf. 28. nu. 16. cum seqq. lib. 1. 44.

Ferner und zum sechsten, Irret nichts, das Herr Winckler vorgeben mœchte, vvie seine Hauß-Frau Anna dazumal, als der Erbvertrag zvvischen Ihr, ihrer Mutter und Geschvvistrigten gemacht vvorden, noch Minderiærig gevvesen, und also de hereditate paterna, vel fraterna nit transigiren kœnnen, Dann hierauff die Antvvort, Quòd licet Anna fuerit tunc minor, *daß sie doch ihre Beystand und Curatores gehabt, mit vvelcher Consens und uff vvelcher Vervvarnung sie zvveiffels ohn alles gehandelt, das Sie also ex hoc capite die einmal getroffene transaction nit zu hindertreiben.* Quod ferè in simili de pactis successoriis pronunciat AND. ALCIAT. ad l. fin. nu. 41. C. de pactis, ubi ait: etiam pupilli consensum, qui pactus est de successione consentientis, valere & subsistere, dummodò cum consensu tutoris hoc fecerit, per l. cum antiquioribus. C. de Jure delib. & de pubere, quin hoc facere possit, planè non dubitat, addita ratione, quod hic etiam testari possit. Quod idem est, quando Juramentum accessisset renuntiationi, quo casu neque Curatore opus habent filiæ, cum per Juramentum pro Majoribus habeantur. GRAVETTA conf. 7. nu. 5. par. 1. WESEMB. conf. 23. nu. 20. & seq. 45. 46.

Dievveilen dann zum siebenden auß Herren Wincklers Erklerung vor zvveyen des Gerichts zustehen, daß Er sich sehr uff dieses Argument steuret, alß solte der Vertrag dahero nichtig seyn, dievveilen in demselben allerley pactiones de mutuo sibi succedendo zvvischen Mutter und Geschvvistrigten zubefinden vvehren, Also vvill die Notturfft erfordern, daß auch diese objection ervvogen und gerüttelt vverde, 47.

48. *Wahr ist es*, quòd Pacta de hereditate viventis, de cujus successione agitur, quia votum improbum inducunt captandæ mortis alienæ, & liberam testandi facultatem adimunt paciscentibus, Jure sunt invalida. L. Pactum quod dotali. & l. fin. C. de pact. l. stipulatio hoc modo. 61. ff. de verb. oblig.
49. ANDR. GEIL. lib. 2. obs. 126. & seq. *Es ist aber hierauf die Antvvort*, quod d. lex. pactum quod dotali. & similes loquuntur de pactis factis super hereditate alterius, & quidem viventis, cujus eo pacto libertas testandi coërcetur.

50. *Welches aber in unserm Fall nit ist, in deme solch Pactum nit de hereditate viventis, sondern* de hereditate jam adquisita paterna & fraterna consentientibus omnibus quo-
51. rum interest, *interponirt vvorden: Es ist auch nit zu zvveiffeln*, quòd etiam de viventis, sed consentientis successione hoc modo pacisci liceat, quo casu non promittit is, de cujus consentientis agitur successione, absolutè hereditatem suam, cùm ante mortem suam voluntatem mutare possit: & hic casus decisus est à JUSTINIANO in d. l. fin. C. de pact. BALD. ibid. FULGOS. cons. 73. col. 2. quem allegat ALCIAT.
52. ad d. l. fin. C. de pact. nu. 40. Et certum esse quod pactum de tertii viventis & consentientis hereditate valet, si quis in eo ad extremum usque perseveraverit, ait WESEMBEC. cons. 71. nu. 40. Quia tunc cessat ratio captandæ mortis, cum verisimiliter non nisi ex magna fiducia is consenserit, & maximè cum possit revocare consensum suum, quandocunque
53. dubitat, ut declarat ALCIAT. d. loco. Quod maximè locum habet, si pacta ista sint reciproca, ut in nostro casu, l. licet inter. 19. C. de pact. & si sint hereditaria ANDR. GEIL. d. lib. 2. obs. 127. Unde & inter conjuges tolerantur, teste eodem GEILIO obs. 126. nu. 2. WESEMBEC. d. cons. 71. nu. 40.

54. Accedit, quod hujusmodi pacta consuetudine apertâ non minus, quam juratæ filiarum renuntiationes, confirmantur: Ejusmodi consuetudinem valere tradit ALCIAT. in d. l. pactum quod dotali. in fine, hancque receptiorem sen-
55. tentiam esse dicit, à qua non putat recedendum esse. Quid? quod in divisionibus fratrum hereditariis, rectè & validè

adjici

adjici pacta de succedendo, atque, ita planè in terminis casus nostri scripsit BALDUS in d. l. fin. C. de pactis nu. 20. & seqq. per l. 3. §. de illo. ff. pro socio l. de fideicommisso. C. de transact. l. 2. §. illud. ff. de hereditate vendita. l. & suum hæredem, §. à filia. ff. de pactis l. si quis servum. ff. de act. empti, quæ pacta valere ab intestato, velut ultimam quandam voluntatem innominatam scripsit JASON. nu. 3. & DD. in d. l. pactum quod dotali, & d. l. licet. in fin. MATTHÆUS WESEMBEC. cons. 51. nu. 20. Et nominatim licere etiam privatis sic pacisci, ut altero ex fratribus sine filiis decedente, 56. pars sua bonorum ad superstitem deveniat, docuerunt JASON ET DEC. in d. l. fin. C. de pact. Idem JAS. in d. l. stipulatio hoc modo. nu. 18. ff. de verb. oblig. cum aliis, quos citat TIRAQ. DE JURE PRIMOGEN. quæst. 6. nu. 5. PARISIUS cons. 26. nu. 84. lib. 2. & cons. 1. nu. 117. & cons. 16. nu. 11. lib. 3. ZAS. in terminis cons. 1. nu. 15. cum seq. lib. 2. Sicut dubium planè nullum est, talia pacta in- 57. ter nobiles valere & obligare etiam statim successores, & tradunt BART. cons. 72. ex facto præponitur. DD. in d. l. pactum quod dotali, & l. licet. Cod. de pactis. Et maximè valere talia pacta de succedendo divisioni fraternæ adjecta à consentientibus. scripsit Idem WESEMB. cons. 68. nu. 3. Quæ cum ita in terminis pro istis pactis decisa sint, dubium non est, illa stare, & attendi debere, quia ut ait BORG. CAVALCAN. decis. 15. de judic. nu. 34. Decisiones in terminis meliores sunt regulis, & idcircò meritò attendendæ.

Auß vvelchem allen erscheint, daß sich Herr Winckler 58. *mit diesem gegenvvurff* de pactis contra bonos mores sive captatoriis mortis alienæ *vveiter nit zuschützen, sondern über alles demjenigen, vvas sein Hauß-Fraue seelig freyvvillig und ungenœtigt eingangen, Item vvas Er ihm selbsten in pactis dotalibus belieben und gefallen lassen, zu halten schuldig sey.* Dum enim aliis consentimus, Jura nostra perdimus, ut ait 59. Imp. in l. cum quædam. 26. C. de admin. tutor. & remittentibus actiones, & Jura sua non est amplius ad ea dandus regressus l. quæritur, §. si Venditor. ff. de Æd. Ed. l. fin. C. de remiss.

remiss. pign. Quod in terminis renunciatæ etiam hereditatis verum esse ostendit CRAVETTA cons. 24. nu. 4. vol. 1. per d. l. quæritur. & l. non videtur. ff. si quid in fraudem patroni. l. si maritus. §. si negaverint. ff. ad l. Jul. de adult.

60. *Ebenmässig und letzlich thut vvenig zur sachen, vvas Herr Winckler vvieder seines Schvvagers Hanß Plancken seeligen Testamentum auffzubringen vermeint, in dem Er dasselbig als inofficiosum beschuldiget, und also argumentirt, das seyn Schvvager ratione pietatis filialis seiner Schvviger seeligen, so vvoln als seiner Hauß-Frauen* 1000. *fl. legirn und vermachen sollen, vvelches da es beschehen, sein Sœhnlein anietzo nach absterben seiner Schvvieger auch ein mehrers ex hereditate Aviæ zuerheben gehabt, und nit so gar enor-*
61. *miter lædirt vvorden, Es hette sich aber alhier Herr Winckler abermalen des Erbvertrags, und das seyn Frau Schvvieger solch Testament ihres verstorbenen Sohns Gerichtlich approbirt, erinnern, und sich an dem vvas sein Schvvieger ohn einige contradiction ex Testamento filii angenommen, settigen lassen sollen,* Cùm enim hac ratione mater sibi ipsi præjudicarit, & querelæ inofficiosi renuntiarit: consequens est amplius illam excitari non posse. Quemadmodum nec transactione finita querela inofficiosi, licet placitis non stetur, instaurari amplius ab heredibus potest, text. in l. cum mota. 6. C. de transact.
62. Accedit, quòd querelæ isti quinquennio præscribitur à tempore aditæ hereditatis l. scimus. 38. §. fin. l. si quis filium. 34. in fin. C. de inoffic. testam. l. 2. C. in quib. causis in integrum rest. non est necess. l. Papinianus. §. ult. ubi gl. fin. ff. de inoff. testam. BALDUS cons. 89. proponitur in fin. Vol. 5. Quo elapso (sicut jam dudum hoc nostro casu esse elapsum existimamus) præsumitur quis præsumptione Juris & de Jure, agnovisse voluntatem defuncti & exheredationem ratificasse. l. 1. C. de min. cum sim. ac proinde amplius non est audiendus cum actione vel exceptione præscripta. cap. 1. in verbo finita. De litis contestat. in 6. & l. nihil interest. ff. de reg. Jur. WESEMB. cons. 29. nu. 63. & seqq.

63. *Ist also diese Frag allein noch übrig, dievveilen, vvie ob gesezt, Herr Winckler seinen Schvvagern Herren Adam Plan-*

Plancken über seiner Hauß-Frauen empfangene dotem und paraphernal noch nit Quittirt, auch solches zuthun sich gevveigert, und ferner vveigern mœcht: Durch vvas mittel ermelter Herr Adam die Quittung und liberation zuerlangen? Hierauff ist zuvvissen das im Rechten die Debitores solventes unterschiedlich actiones hierzu haben, quarum I. est Condictio causa data causa non secuta, ut egregie docet HUGO DONELLUS in l. plures apochis. nu. 31. C. de fid. instrum. 64.

II. Remedium est Condictio ex lege, nimirum ex d. l. plures, quæ idem intelligitur sancire in debitore, ut possit apocham exigere, quod in creditore, ut antapocham: UBI SALICET. Sic scribit: Nota quod quis potest compelli præcisè ad faciendum instrumentum rei, de qua agitur. gl. in l. 2. in pr. in verbo nec cogitur D. soluto matrim. fac. l. sicut datam. C. de liber. causa. 65.

III. Imploratio officii judicis, ut significat GL. in d. l. sicut, & facit æquitas regulæ l. 2. §. quamquam. ff. de aq. & aq. pluv. arc. & l. in omnib. ff. de judic. 66.

IV. Condictio chirographi, vel alterius instrumenti, si quod à debitore habet creditor, *Als in diesem Fall, da villeicht Herr Winckler seiner Hauß-Frauen renuntiationem scripto comprehensam noch nit eingeraumt.* 67.

V. *Sind auch andere Extrajudicial mittel, als nemlich das Herr Adam Planck seinen Schvvager durch Notarium & testes beschicken und verhœren lasse, ob Er der solution gestændig oder nicht, vvelches auch vor Gericht geschehen, und Er daselbst befragt, auch seine Antvvort ad acta judicii zubringen gebetten vverden mœcht, dergleichen Confessiones judiciales von den kræfften sind*, ut plenam faciant probationem l. ult. C. de re judic. 68.

Es kœnte auch vvol Herr Adam Planck gar zu diesem vervvægern stillschvveigen, so lang, biß Herr Winckler sich einer action ad infringendam divisionem vel testamentum untervvinden mœchte, und alsdann Ihne Exceptione solutionis repelliren, deren er (vvie auß seiner Ercklærung sub D. zusehen) nit in abred sein kan, vvelche remedia vvir sæmptlich andeuten vvollen, darauß unser Herr Consultor dasjenig zu- 69.

ervvehlen, vvelches Ihm am füglichsten und bequemesten sein vvird, Interest enim nostra, habere plura remedia, ut ait SOCIN. in l. 1. ff. sol. matrim. Nota quoque, si nondum soluisset omninò Consultor noster, quod haberet Exceptionem doli mali pro apocha obtinenda. arg. l. 1. ff. de except. dol. mal. Sed res nostro casu amplius integra non est.

RESPONSUM JURIS.

De Renunciationibus Fœminarum, An? & quatenus valeant?

SUMMARIA.

Pactum de Renunciando paternæ, Maternæ & Fraternæ Hæreditati in Instrumento Dotali An Generum ejusque Uxorem ad observantiam obliget?

Juramentum solenne requiritur in causis Renunciationis.

Renunciatio ut valeat, Renuncians de jure suo debet esse certioratus.

Filia renunciare promittens, renunciasse intelligitur, & ad Renunciationem obligata est.

In Franconia Juramentum Fœminis Nobilibus in pactis Renunciatoriis remittitur.

Si obitus Matris ante Impletam Renunciationem supervenerit, Gener & Uxor An hereditatem maternam petere possint?

Filia pactum de Renunciando contrahens, si casus ante ejus Impletionem obveniat, an læsionem allegare possit? & quatenus ex hoc Capite sit audienda?

CASUS.

CASUS.

ANte biennium pacta ſunt inita dotalia, prout horum Copia transmiſſa eſt, in quibus dos 1500. floren. à patre conſtituta eſt, & additum pactum de renunciando omnibus bonis hæreditariis, paternis, maternis, & fraternis intra annum;

Verba pactorum ſunt hæc: *Hierüber hat man ſich ſchlüßlichen beyderſeits dahin verglichen, daß über dieſes alles nunmehr gedachte Iungfrau Amalia* mit geheiſs und Vervvilligung ihres Hauſs-Wirts Johann Emerich Voitens, *nach Ehelichen beyſchlaffen in nechſter Iahres-Friſt, ſich* alles Væterlichen, Mütterlichen, Brüderlichen Erbguths, *Es vvære dann daß bey Ihres Vatter, und Mutter Lebens-Zeiten, Ihr ferner etvvas geſchencket, vvelches aber mit der Brüder vviſſen, und daß ſolches ebenmæſſig verſichert vverde, geſchehen ſoll, übergeben, oder nicht übergeben, oder vvie hernach folget, durch Teſtament oder lezten vvillen, Donation vermacht vvorden, daran ihr nichts benommen ſeyn ſoll, gentzlichen* für den Freunden *verzeyhe und begebe, und deſſen nothvvendigen Verzichts Brief*, vvie gevvœhnlich, und bræuchlich *zu beſchehen, Ihren Vatter, Brüdern und Freunden einantvvorten, oder vvære daß Ihre Brüder, ohne Eheliche Leybs-Erben mit todt abgingen, oder Ihr ſonſten von Ihren Freunden, vver die auch vværen, vvo, vvann, von vvem, zu vvas zeiten auch daſſelbe vor oder nach dieſer aufgerichten Eheberedung, und darauf erfolgten Verzicht, etvvas in Vermachtniß oder Geſchæfft zu kæme, vvozu ſie alsdann recht hat, an ſolchem ſoll ſie dieſer Verzicht ganz nicht hindern, daß auch Ihr daſſelbige ohne vveitlæufftigen diſputat billig gefolget, und in geringſten nicht aufgehalten vverden ſoll*;

Sub finem anni monitus gener ad aſſecurationem dotis, & conſtitutionem dotalitii, atque renunciationem faciendam, ſe omnia promiſſa fideliter impleturum reſcripſit, iteratò allegatis quibusdam difficultatibus, quæ aſſecurationem

 dotis

dotis & constitutionem dotalitii retardarint, prout literæ transmissæ, sub B. D. E. exponunt pluribus. Interea temporis ante dies pauciores mater moritur, quâ occasione arreptâ, gener & filia à pacto renunciativo resilire, & hæreditatem maternam una cum fratribus adire satagunt, unde quæstiones decidendæ proponuntur.

1. An pactum illud de renunciando de jure valeat, & generum ejusque uxorem ad observantiam efficaciter obliget?

2. An vel ideo saltem, quod obitus matris ante impletam renunciationem supervenerit, gener & ejus uxor hæreditatem maternam, pacto non obstante petere possint?

3. An & quatenus ex Capite læsionis audiendi sint?

AUXILIO DIVINO IMPLORATO,

Quæstionis Primæ rationes Dubitandi.

1. CUm expeditum sit quod in hæreditate Fœmina hodie æquo jure succedat simul cum masculis. *l. maxim. Vitium.* 4. *C. de liber. præterit.* unde vulgatum illud Dd. Si filia, ergo hæres. Dd. *in l. necessariis.* 57. *ff. de acquir. hered.* & quidem heres necessaria, §. 2. *Inst. de hered. quæ ab intest. l. cum ratio.* 7. *ff. de bon. damnat. l. in suis.* 12. *ff. de liber. & post. l. jure succursum.* 6. *ff. de jure dot.* ut proinde in proposito casu, matre mortua fundatam intentionem habeat filia succedendi cum fratribus eamque in facto & jure satis probatam, fratrum erit, causam proferre atque etiam probare justam, & legibus cognitam, ex quâ filiam excludere
2. satagunt; Exigit id fundata filiæ intentio, *l. in exceptionibus.* 19. *ff. de probat. l. sive possidetis.* 16. *C. eodem cum similib.* & jus nostrum non patitur quenquem jure sibi competente, absque causâ legibus cognitâ privari, *l. nam hoc natura* 14. *ff. de*

ff. de condict. indeb. MENOCH. *conf.* 85. *num.* 107. *Vol.* 1. Et 3.
si verò hic renunciatio adducatur ex pactis dotalibus, ut jus amplius competens dici non possit, cui renunciatum sit, *l. successorium.* 1. §. *qui semel.* 6. *ff. de success. edict. cum simil.* De ejus tamen validitate atque effectu haud leviter dubitari
potest. Nam I. constat renunciationem hic nondum esse fa- 4.
ctam, sed saltem de renunciatione faciendâ hic agi: quod verò nondum est in actu, non potest producere effectum, cum non entis nullæ sunt qualitates. *l. ejus qui* 41. §. *pen. ff. de Reb. Credit.* & quod perfectum non est, id quia formam non habet, quæ dat esse rei, *l. Jul.* 9. §. *Sed si quis.* 3. *ff. ad exhibend.* non potest etiam habere effectum, vel dici esse aliquid: nihil dum enim actum esse creditur, quamdiu aliquid agendum superest. *l. cum Silanianum.* 11. *in fin. C. de his quib. ut indign. gloss. in c.* 1. *X. de Sacram. baptism. non iter.* nec id perfectum quod non constat omnibus suis partibus. *l. factu- rus.* 1. *ff. de Orig. Jur. gloss. in l. Contractus.* 17. *Verb. perficere. C. de fide instr.* & imperfectum in jure pro nullo habetur, *arg.* §. *ex eo autem. Inst. quib. mod. testam. infirm. gloss. pen. in c. tuæ. X. de Cleric. non resident.* nec obligationem ullam parit contractus imperfectus, BART. ET DD. *in l. certi condictio.* 9. *in princ. ff. si cert. petat. c. dudum. ubi* PANORMIT. *X. de convers. conjug.*

II. Et hinc quamvis in pactis dotalibus hic actum fuit 5.
de faciendâ renunciatione, tamen id in terminis nudi tractatus substitisse videtur, obligationemque saltem respicit de futuro, non de præsenti: quæ verò in tractatu ponuntur, non obligant, *d. c. dudum. ubi* PANORM. *extr. de convers. conjug.* JASON. *in l. si quis cum aliter. n.* 3. *ff. de Verbor. Obligat.* tanquam imperfecta, quorum nullum est robur, nulla obligatio, *l. hac consultissima.* 21. §. *ex imperfecto.* 1. *C. de Testament.* unde multa tractantur quæ non perficiuntur. *l. si ex causa.* 9. §. *nunc videndum.* 2. *ff. de Minorib. l. eleganter.* 23. *in princ. ff. de condict. indebit.* & facit hic Regula juris: Non sufficere aliquem aliquid velle & intendere facere, etiamsi illud exprimat & incipiat peragere; Sed necesse est, ut debito modo disponat & perficiat, *d.* §. *ex eo autem. Inst.*

quib. mod. testam. infirm. l. quidam cum filium. 46. ubi BALD. *ff. de heredib. instit.*

6. III. Promissio pactis dotalibus facta, de renunciatione in futurum facienda, non potest inducere effectum renunciationis de præsenti. Tum quod actus agentium non operantur ultra eorum intentionem, *l. si quis nec causam. 4. l. rogasti. 11. l. non omnis. 19. ff. si cert. pet. l. Si quis. 3. §. Sed etsi fortè. 3. ff. Judic. Solv.* WESENBEC. CONS. 52. *num.* 48. *Volum.* 2. indeque nec verba, quæ mentem paciscentium declarant. *l. Labeo. 7. in fin. ff. de supellect. leg. l. non aliter. 69. de legat.* 3. in futurum concepta, de præsenti operari debent, DEC. *in l. cum fundus.* 131. §. *servum.* 1. *ff. si certum petat.* tum quod aliud sit promittere renunciare, aliud de facto renunciare, latè ARETIN. CONS. 6. *vol.* 2. aliàs jura quæ ponunt differentiam inter promissionem de renunciando, Vendendo, cedendo &c. & ipsam renunciationem, venditionem, cessionem &c. de præsenti essent superflua.

7. Aliud est contrahere, aliud promittere de contrahendo: aliud vendere, aliud promittere de vendendo, *l. si fidejussor. 49. §. meminisse. 8. ff. de legat.* 1. BALD. *in l. conditionis.* 1. *C. de pact.* ALBERTUS BRUN. *de Stat. exclud. fœmin. propter mascul. artic. 6. princ. quæst. 3. & 7.* Aliud suscipere obligationem, aliud de obligatione suscipiendâ promittere, GLOSSA. ET DD. *in l. in bonæ fidei. 7. ff. de eo quod certo loc.* Aliud est pactum de exhibendo, aliud realis exhibitio, *l. quod si nolit. 31. §. illud planè. 18. ff. de ædilit. edict.* Aliud promissio de solvendo, aliud realis solutio, *l. quod si maritus. 3. ff. de constit. pec.* & *l. nec maritus. 8. C. Solut. matrim.* JUNCTA *l. nam & maritus. ff. de condict. indebit.* Aliud promissio de Matrimonio contrahendo, aliud ipse Contractus matrimonii. *t. t. ff. de Sponsal. t. t. ff. de Rit. nupt.* pactum de vendendo venditionem non efficit, *d. l. si fidejussor. 49. ff. de legat. 1. l. 1. si heres. 5. ff. de Action. emti. l. si necessarias. 8. §. de Vendendo. 4. ff. de pignor. act.* ALEXAND.

8. CONS. 76. *num.* 1. *Volum.* 5. Nec etiam Vasallus & Emphyteuta ob pactum ejusmodi privationem incurrunt. BALD. *in*

in §. *aut libellario. num.* 2. *quibus mod. feud. amitt.* JASON. *in l. fin. num.* 134. *C. de Jure Emphytevt.* Sicut nec statutum loquens de venditione, pactum de vendendo comprehendit, CORS. *in singul. verb. Statutum*, 2. *incip. Statutum loquens.* & proinde ex conventione ista nec ad pretium, nec etiam ob moram ad usuras agi potest. TIRAQVELL. *de Retract. convent. in fin. num.* 49. CASTRENS. *cons.* 93. *lib.* 2. imò si pretium fuerit solutum, & pœnitentia intercesserit, quasi causa non secuta, poterit illud repeti. *l. si ob rem.* 1. §. *si parendi.* 1. *ff. de condict. caus. dat. caus. non secut.* PAUL. DE CAST. *in l. bonæ fidei.* 7. *num.* 12. *ff. de eo quod cert. loc.* qui enim contrahit non potest invita parte alterâ à contractu resilire, *l. sicut.* 5. *C. de O. & A.* qui de contrahendo tantum promittit pœnitere potest. BART. *in l. si fidejussor. n.* 5. *ff. de Fidejussor.* Cum promissio illa sit contractus innominatus, secundum BALD. *in l. quamvis. in fin. C. de Pact.* ALEXAND. *in l. si pecuniam.* 5. §. *Sed si. num.* 4. *ff. de condict. caus. dat. caus. non sec.* in quo genere pœnitentiæ locus est. *d. l. si pecuniam.* 5. *de cond. causa data.* Et quæ de pœnitentia in promissione de Vendendo modo dicta, ea etiam ad promissionem juramento confirmatam extendit, in eaque promissorem licitè pœnitere posse, dicit IMOLA *in c. cum contingat. num.* 85. *X. de jurejurand.* Sicut & is, qui sub Juramento promittit se aliquam ducturum, sponsalia non de præsenti, sed de futuro, in quibus pœnitentiæ locus, contraxisse censetur, *c. juravit. & ibi* PANORMIT. *num.* 1. IMOL. *n.* 1. *X. de probat. c. ex literis. c. sicut ex literis. X. de sponsalibus.* & ita in terminis promissionis de renunciando in pactis dotalibus factæ respondit MYNSING. *respons.* 10. *num.* 24. & 26. *decad.* 1. ubi addit; quod aliud sit pactum de aliquid faciendo, aliud ipsum factum, quod subsequi debet, & proprium actum vel tractatum postulat, qui ex multis causis postea deficere, vel non subsequi potest: & quod maximè in materia odiosa, quæ stricti juris est, & in qua verba cum effectu intelligi debent, dispositio præcisè impleri debeat antequam effectum pariat.

9.

IV.

10. IV. Promiſſio iſta de renunciando nullam obligationem producere poteſt, nec perfici debet ex eo, quod contra expreſſum textum juris Civilis ſit, *in l. pactum. 3. C. de collation.* ubi Imperator ait: pactum dotali inſtrumento comprehenſum, ut contenta dote filia, quæ in matrimonium collocabatur, nullum ad bona paterna regreſſum haberet, juris autoritate improbatur, nec inteſtato patri ſuccedere filia eâ ratione prohibetur. Et alius textus eſt *in l. fin. ff. de ſuis & legitim. ubi* JCtus PAPINIANUS ait: Pater inſtrumento dotali comprehendit, filiam ita dotem accepiſſe, ne quid aliud ex hereditate patris ſperaret: Eam Scripturam jus Succeſſionis non mutaſſe conſtitit. Privatorum enim cautionem legum autoritate non cenſeri. Hæc ille. Et pertinet etiam huc textus *in l. ſi quando, 35. §. illud ſancimus.* 1. *C. de inoffic. teſtam.* Ubi Imperator, illud etiam ſancimus, ait, ut ſi quis à patre certas res, vel pecunias accepiſſet & pactus fuiſſet, quatenus de inofficioſo querela adverſus teſtamentum paternum minime ab eo moveretur, &c. hujuſmodi pacto filium minimè gravari, quod PAPINIANUS velit meritis magis filios ad obſequia paterna provocandos, quam pactionibus adſtringendos. Et in *l. pact.* 15. *C. de Pact.* Pactum quod dotali inſtrumento comprehenſum eſt, ut ſi pater vita fungeretur, ex æquâ portione ea, quæ nubebat, cum frater heres patris ſui eſſet, neque ullam obligationem contrahere, neque liber-
11. tatem teſtamenti faciendi mulieris patri potuit auferre. Jure enim noſtro ita comparatum eſt, ut ſucceſſiones pactis non poſſint obſtringi, & omnis de hereditate futurâ improbetur pactio, SIVE de ſuccedendo concepta ſit, ut præter allegatos textus oſtendunt. *l. hereditas. 5. C. de pact. convent. l. cum donationis.* 34. *& L. fin. C. de Pact. l. Stipulatio hoc modo. 61. ff. de Verb. oblig. l. ex eo.* 4. *C. de inutil. ſtipulat.* & alii plures. Cujus rei etiam Rationes complures adferuntur, quas cumulant FORSTER. *de pact. cap.* 6. BEUST. *ad l.* 1. *num.* 223. *& ſeqq. ff. de jurejur.* DAUTH. *ad c. quamvis. num.* 2. *& ſeqq. X. de pact. in* 6. & in ſpecie de pacto renunciatorio hæc ratio reddi ſolet, quod is qui renunciare vult hereditati, neceſſum eſt, ut efficiat ne ſit cognatus proximus; quod

quod per naturam facere nequeat, quia jam ſemel cognatus eſt, & factum non poteſt infectum fieri, indeque jus agnationis pacto repudiari nequit, *l. jus agnationis.* 34. *ff. de pact. l. jura ſanguinis.* 8. *ff. de Reg. Jur.* HOTTOMANN. *Conſ.* 22. MYNSING. *Cent.* 5. *obſ.* 59. Facultas Succedendi, juris eſt publici *l. teſtamenti* 3. *ff. qui teſtam. facer. poſſ.* quod privatorum pactis non mutatur, *l. jus publicum.* 38. *ff. de pact. l.* 55. *de legat.* 1. *c.* 12. *X. de for. compet.* & cum naturali inſtinctu liberis paterna hereditas debeatur *l. nam etſi parentibus.* 15. *ff. de inoffic. teſtam. l. cum ratio.* 7. *ff. de bon. damnat.* jura autem naturalia ſunt immutabilia. §. *ſed naturalia, Inſt. de Jur. nat. gent. & Civ. l. eas obligationes.* 8. *ff. de capit. minut.* utique nec pactis immutari hoc naturale debitum debet. Et etiam pacta hæreditatis renunciatoria contra bonos mores eſſe, ut proinde ſecundum veteres regulas, ſanctiones Juſtiniani noviter confirmatas, repelli debeant, & nihil ex iſtis ſervari, oſtendit *l. fin. C. de Pact.* bonis moribus enim vel ideo contrariæ ſunt, quod turpitudo verſatur tam ex parte illius, in cujus favorem fit renunciatio, qui Votum captandæ mortis habere præſumitur, *c. deteſtanda. X. de conceſſ. præbend. in* 6. tam ex parte renunciantis, arg. *l. ſi pignore* 54. *in pr. ff. de furt.* Cum ergo ipſa renunciatio ad actum perducta de jure invalida ſit, multo magis pactum nudum de renunciando nullum eſt, & nullius effectus, atque efficaciæ, cum fruſtra impleri debeat renunciatio, quæ, licet fiat, invalida tamen foret, & effectu careret *l. non dubium.* 5. *C. de Legib. Cap. quæ contra jus. X. de Reg. Jur. in* 6. Et promiſſio de renunciando non poteſt majorem habere effectum, quam ipſa renunciatio, quæ per ſe invalida eſt, ut dictum. 12.

V. Et non Jure Civili tantum, ſed & jure Canonico pacta hujuſmodi renunciatoria improbantur: hoc enim tunc demum pacto dotali renunciatorio effectum tribuit, ſi juramento, non metu dolove extorto, firmetur, quod tum propter jurisjurandi religionem ſervandum. *c. quamvis.* 2. *X. de pactis in* 6. Et ſic eo jure tale pactum ſolummodo vigore juramenti valet, quod id ſine interitu æternæ ſalutis ſervari poſſit; utut jure civili ne quidem juramento firmari queat. 13.

d. l. non dubium. 5. *C. de Legib.* Remotâ autem juramenti veritate, utroque jure tam Canonico, quam civili inutile est, nec obligat, etiamsi fieret cum personâ, cum quâ paciscens esset Successurus, ut expressè consuluit ALEXAND. *Conf.* 213. *lib.* 7. & respondit MYNSING. *d. respons.* 10. *num.* 25. MARTIN. COLER. *de aliment. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 34. SERAPH. DE SERAPHIN. *de jurament. privil.* 21. *num.* 13. TILEMANN. DE BENIGN. *decis. relat. Syntagm.* 3. *decis.* 2. *vot.* 10. *num.* 135. DAUTH. *ad c. quamvis. num.* 21. *X. de pact. in* 6. Et quod pacta renunciativa de Successione bonorum, non interveniente jurisjurandi religione, nequaquam subsistant, latè docet TIRAQUELL. *in præfat. l. si unquam. n.* 738. *C. de revoc. donat.* unde juramentum, dicunt, pacti de non succedendo requisitum substantiale, JOHANNES BEYER APUD BREULÆUM *de renunciandi mod. cons.* 2. *vers. als erstlich vvann solche renunciationes*, &c. vel imo quod forma ejusdem sit specifica, BORCHOLT. *de Pactis cap.* 5. *num.* 61.

14. VI. Et hinc concludunt Dd. quod simplex fidei præstatio, vel etiam promissio sub fide nobili *bey Adelichen Ehren*, non sufficiat, sed juramentum corporale requiratur. COVARRUV. *in d. c. quamvis. part.* 1. §. 2. *n.* 3. qui distinguit inter fidem humanam & Christianam. FICHARD. *cons.* 54. *num.* 1. *lib.* 1. MODESTIN. *Pistor. cons.* 19. *n.* 47. *Volum.* 2. WESENB. *cons.* 15. *num.* 27. & *cons.* 23. *num.* 30. *Vol.* 1. BORCHOLT. *d. loc.* RUTGER RULANT. *de Commiss. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 36. KOPPEN. *decis.* 56. *num.* 11. & *seqq.* Ita, ut licet hodiè tactus Evangeliorum in usu esse desierit, secundum WESENB. *cons.* 29. *num.* 19. *Volum.* 1. SIMONCELL. *de Decret. in reb. min. tit.* 8. *num.* 188. digitorum tamen elevatio in masculis, in mulieribus verò impositio in mamillam sinistram frequentari soleat, RUTGER. RULANT. *d. loc.* PRUCKM. *cons.* 48. *num.* 220. *Volum.* 1. WESENBEC. *in Parat. ff. de jurejur. num.* 6. SETZER *de Jurament. lib.* 1. *cap.* 12. *in fin.* & *cap.* 15. *numer.* 17. & 37. quare cum textus Juris Canonici in *d. c. quamvis.* Juramenti verbo utatur, in materiâ hac strictâ, & juris Civilis correctoria strictè in suo potiori significatu de juramento solenni accipiendus, & de juramento propriè sic dicto, per *l. si cum minor.*

1. &

1. & *l. si alterius.* 3. *C. si min. se major.* GEORG. NATTAM *ad d. c. quamvis*, *num.* 24. *vers.* 5. *X. de Pact. in* 6. MODESTIN. PISTOR. *Consil.* 19. *num.* 42. *Vol.* 2. Et æquiparari quidem juramento dicunt promissionem sub fide, vel *bey Adelichen Ehren*, in actibus, in quibus juramentum pro forma non requiritur: Secus in his, in quibus est de Substantia, ubi corporaliter præstandum est. per ea quæ tradit CYN. *in Auth. Sacramenta. num.* 5. & *ibi* BART. *num.* 7. BALD. *num.* 7. SALICET. *num.* 6. JASON. *num.* 13. *C. si Advers. vendit.* unde vulgatum: quod quando aliquid pro forma traditum, id ad unguem servandum sit, BALD. *in l. Juris gentium. in fin.* & *ibi* JASON. *n.* 7. *C. qui admitti*. RIMINALD. JUN. *cons.* 79. *num.* 15. *Vol.* 1. neque possit per æquipollens impleri. BOER. *decis.* 2. *num.* 22. CACHERAN. *decis.* 165. MODESTIN. PISTOR. *cons.* 19. *quæst.* 2. *num.* 42. *Vol.* 2. GRÆVEN. *lib.* 1. *conclus.* 2. *consid.* 1. *in arg.* Et hoc in renunciatione hæreditatis, liquidi esse juris & communis observantiæ, atque ita omnes tenere dicit WESENBEC. *cons.* 15. *num.* 27. *Volum.* 1. & patet ex RESOLUT. LIPS. *part.* 1. *quæst.* 31. & disputat pro hac sententia HARTMANN. PISTOR. *quæst.* 6. *num.* 2. Quæ omnia hic tanto magis locum habent, quod filia sese obligavit, *bey Ihren Jungfraulichen Ehren*, quæ promissio ab illa differt, *bey Adelichen Ehren*, & minoris est efficaciæ, ut ad istam extendendum non sit, quod in hac posteriori quibusdam placuit. SCHEFFER. *lib.* 1. *qu.* 36. *in fin.* Forma non servatâ, actus nullus est. *c. quia propter. X. de Election. c. in summa. c. sine exceptione.* 12. *Quæst.* 2. AFFLICT. *decis.* 378. *num.* 4. REINKINGK *de retract. consanguin. quæst.* 4. *num.* 14. & *seq.* Actus autem nullus perinde est atque si nunquam esset factus, *l. quoties.* 6. *ff. qui satisdar. cog. l. non putavit.* 8. §. *non quævis* 2. *ff. de bonor. poss. contra tabul.* neque ullum operatur effectum, *c. non præstat. X. de Reg. Jur. in* 6. CEPHAL. *consil.* 64. *num.* 17. *lib.* 1. & consequenter si ipsa renunciatio realiter interposita ob defectum juramenti corporalis inutilis est & absque effectu obligandi, quantò magis promissio de renunciando? Cum longè minoris efficaciæ sit pactum nudum de renunciando, quam ipsa renunciatio, & amplius atque fortius quiddam sit renunciare, quam de renunciando promittere.

15. 16. 17.

18. VII. Ut renunciatio valeat, requiritur quod filia renuncians de jure suo certiorata fuerit, ut est opinio GLOSS. *in Auth. quomodo oportet Episc. & cæteris Cleric.* §. *etiamsi. verbo: interrogat.* ut respondit DECIUS *cons.* 180. *num.* 8. MENOCH. *consil.* 6. *n.* 8. & *cons.* 80. *num.* 7. *Vol.* 1. Unde & jura dicentia, quod quilibet renunciare possit iis, quæ pro se introducta sunt, ita demum procedunt, si quis certioratus sit de suo præjudicio, ALEXAND. *in l. pen. num.* 9. *C. de Pact.* CEPHAL. *consil.* 405. *num.* 42. *lib.* 4. ut & renunciationem SCti Vellejani ita demum valere, si certioratio præcesserit, CAPIC. *decis.* 159. *num.* 30. GAIL. 2. *observ.* 77. *num.* 3. THOMING. *decis.* 1. *n.* 33. SERAPHIN. DE SERAPHIN. *de Privil.* 63. *num.* 2. VIV. COMM.
19. OPIN. *lib.* 1. *opin.* 220. Filiam verò hic tempore pacti renunciatorii de viribus hereditatis certioratam fuisse, ex instrumento dotali non apparet: Et nec habere facile potuit ejus notitiam, cum hereditas augmentum & diminutionem recipiat, *l. item veniunt.* 20. §. *non solum.* 10. *ff. de hered. petit. l. pecunia.* 178. §. *hereditas.* 1. *ff. de Verbor. Signific.* & exactius in eam inquirere per leges ipsi non licuit, cum improbus esse dicatur, qui de hereditate viventis sollicitus sit, *l. moribus* 2. §. *interdum.* 2. *ff. de vulg. & pupill. substit. l. ita tamen.* 27. §. *à patre.* 4. *ff. ad SC. Trebell.* Jam vero juri, quod quis ignorat, renunciare non potest, MENOCH. *cons.* 731. *num.* 10. DECIAN. *cons.* 46. *num.* 141. *vol.* 2. & *cons.* 43. *num.* 37. *Volum.* 3. & in specie quod renunciatio non valeat, si mulier vires patrimonii ignoravit, respondit MYNSING. *respons.* 56. *num.* 26. *decad.* 6. DECIAN. *d. resp.* 46. *n.* 14. & quod inefficax sit renunciatio, si certioratio mulieris non præcessit, respondit JOH. BEY. *cons.* 2. §. *zum dritten. post Tractat.* BREUL. PRUCKMANN. *cons.* 48. *num.* 221. *Vol.* 1.

20. VIII. Pactum hoc in Personam sponsi magis quam filiæ conceptum est, pactum verò sponsi de renunciatione à Sponsa facienda, non obligat. BREUL. *de renunciand. mod. caus.* 3. *cap.* 9. *num.* 1. & 2. nec pactum mariti dotale obligat uxorem, KELLENBENTZ. *de renunciat. quæst.* 11. *num.* 1. quia alios quid facturos, inutiliter promittimus, *l. stipulatio ista.* 38. *in princ. l. quoties.* 59. & *l. inter stipulantem.* 83. *ff. de Verb. Obli-*

Obligat. & quæcunque gerimus, nisi ex nostrâ persona initium obligationis sumant, inanem nostrum actum faciunt, ut ait *Paulus in l. quacunque.* 11. *ff. de Oblig. & Action.* MYNSING. *cent.* 2. *observ.* 97. Imò nec ipse sponsus, vel maritus 21.
ex tali pactione obligatur; cum sponsus vel maritus simpliciter uxorem renunciaturam promittens, merè alienum promittat factum, totamq; pacti orationem, & executionem in eam conferat, ut proinde pactum nullatenus subsistat, & ne quidem maritum obliget, *per §. si quis alii. Inst. de Inut. Stipulat.* ubi dicitur, quod tali stipulatione nihil agatur. & per *d. l. ista stipulatio* 30. *§. alteri.* 17. & ibi GLOSS. *ff. de verb. oblig.* KELLENBENZ. *d. quæst.* 11. *num.* 8. BOËR. *decis.* 3. *num.* 16. ubi ita in Curiâ Burdegal. pronunciatum refert.

IX. Ut renunciatio (etiam jurata) valeat, requiritur 22.
quod filia revera dotem habere debeat, quæ fuit Sententia ANCHORANI *in c. quamvis. X. de Pact.* & *cons.* 39. *n.* 2. *C. de collation.* MOLIN. AD ALEXAND. *cons.* 180. *lib.* 5. Cumque *d. c. quamvis.* de dotata in specie, & expressim loquatur, & proinde ad indotatam extendi non debeat, cum alias essemus extra formam. *d. c. quamvis.* quod loquitur cum qualitate dotis, & cum correctorium sit juris Civilis, & proinde strictè sit intelligendum per *c. cum expediat. X. de Elect. in* 6. ANCHOR. *d. loc.* & alias renunciatio esset absque causa, ut propterea adversus agentem vel excipientem ex pacto, danda sit exceptio, vel replicatio doli, secundum *l. palam est.* 2. *§. circa.* 3. *ff. de dol. mali except.* ANTON. FABER. *de error. pragmat. decad.* 13. *& in* COD. FABRIAN. *lib.* 5. *tit.* 6. *defin.* 7. *num.* 14. Atqui hic, cum 23.
pactum de renunciando intervenit, nondum fuit dotata filia cum effectu, sicut & ne nunc quidem (ut videtur) accepit dotem, & proinde pactum renunciativum hoc non potest habere effectum renunciationis, quæ simul cum dote accepta intervenerit, sed quamdiu dos numerata vel realiter accepta non fuerit, revocari potest, cum filia semper se dicere possit indotatam: Sicut & dos promissa (etiam pure) antequam tradatur vel numeretur, non meretur nomen dotis, nec intelligitur sub dote, præsertim in strictis & odiosis. *l. dotale.* 13. *§. dotale.* 2. *l. dotale.* 15. *ff. de fund. dot. l. dotis.* 3. *l. si pater.* 36.

in fin. de jur. dot. l. titulus. 1. *ff. pro dot. l. ult. C. de Jur. dot. cum simil.*

24. X. Imo hic tantum non hereditati paternæ sed & maternæ, atque etiam fraternæ renunciatio ex pacto facienda urgetur, indeque excipere vel replicare poterit filia, quod respectu hereditatis maternæ vel fraternæ nullam dotem habeat, & renunciatio hoc respectu foret sine causa, & consequenter vel nulla esset, vel exceptione doli elideretur, per supra di-
25. cta. Dos enim in pacto dotali promissa, respectu bonorum paternorum promissa dicetur, cum patris sit dotare filiam ex bonis propriis, non ex maternis. *l. capite.* 19. *aliàs l. qui liberos. ff. de rit. nupt. l.* 19. *C. de hæret. l. ult. C. de Dot. promiss.* Et hinc si filia à patre non de bonis paternis, sed maternis dotetur, & successioni paternæ renunciet, non esse locum textui *in c. quamvis.* nec valere renunciationem, tenent AFFLICT. *in c. si quis investierit. num.* 23. *fall.* 3. *de feud. dat. in Vic. leg. comm.* COVARR. *in d. c. quamvis. part.* 3. §. 4. *num.* 7. GABRIEL. *lib.* 3. *recept. conclus. tit. de dot. promiss. fall.* 4. *C. de collation.* DE-
26. CIAN. *cons.* 39. *num.* 8. *&* 149. *Vol.* 2. Nec obesse dicunt filiæ renuncianti, si pater dotem de suis & maternis bonis promiserit, & ita in instrumento dotali scribi curaverit; quod hâc cautelâ non obstante dos de solius patris bonis promissa & constituta intelligatur, *per l. ult. C. de promiss. dot.* ANTON. DE PETRUC. *in repet. l.* 1. *num.* 109. *ff. de jurejur.* DAUTH. *ad c. quamvis. n.* 93. *de Pact.* alia huc facientia habet ANTON. FABER
27. *in Codic. lib.* 5. *tit.* 6. *defin.* 7. *& tit.* 9. *def.* 10. Sicut & hoc traditur, quod sive per renunciationem, sive per statutum excluditur filia, non nisi à dotantis hæreditate exclusa videri debeat. BALD. *in l.* 1. *C. de Legitim. hered.* late TESSAUR. *decis. Pedem.* 62. & hoc quam maxime procedit hic, ubi ex instrumento dotali non constat matrem præsentem fuisse, vel simul cum patre pepigisse: pactum verò renunciativum, ut vocatur inter patrem & filiam de hæreditate matris absentis initum nullam vim habere, etiamsi juramentum fuerit adjectum, tradunt SERAPHIN. DE SERAPH. *de Jurament. privil.* 21. *num.* 36. GRASS. *recept. sentent.* §. *Successio ab intestato. quæst.* 10. *num.* 6. DAUTH. *ad c. Quamvis. num.* 37.

XI. Nec

XI. Nec requiritur tantum ut dotata sit filia, sed & insuper ut congruè dotata sit, per *d. text. in c. quamvis.* GAIL. 2. *observ.* 147. *num.* 5. quia nomen dotis intelligitur de congrua dote, per *l. cum post.* 69. §. *gener.* 4. & *l. quæro.* 60. *ff. de jur. dot.* Congrua autem dos ea demum dicitur, quæ non minor est legitima, sed quæ legitimæ respondet. PARIS. *cons.* 43. *num.* 50. & *seqq. Vol.* 5. GAIL. *d. l. num.* 7. PRUCKMAN. *consil.* 48. *num.* 241. *Vol.* 1. Cum dos legitimam repræsentet, MENOCH. *de præsumt. lib.* 1. *quæst.* 43. *n.* 11. imò cum legitima quodammodo unum & idem sit. Idem MENOCH. *de præsumt. lib.* 3. *præsumt.* 29. *n.* 106. & cum ipsa legitima minuscula portio appelletur, *l. si quis suo.* 33. *C. de inoff. test.* BOËR. *decis.* 3. *num.* 11. & pater non potest filiam fraudare in legitima, *l. quoniam novella.* 29. *C. eod.* ALEXAND. *cons.* 69. *num.* 1. *vol.* 1. SALICET. *in Auth. res quæ. C. commun. de legat.* an verò dos promissa hoc in casu legitimam tam in bonis paternis quam maternis, atque etiam fratrum, in quibus omnibus conjunctim renunciatio pacta, adæquet, non immerito dubitatur, & ad id probandum filia admitti utique debet, nec antea ad renunciandum cogi poterit.

28. 29.

XII. Posito, quod licet renunciatio valeat, etiamsi nec dos congrua, vel imò, nec ulla dos intervenerit, quæ legitimæ locum suppleat vel æquet; tamen non obstabit ea, quo minus legitima vel ejus supplementum peti possit, ex bonis tam paternis, quam maternis, & fratrum. JASON. *in l. si quando.* §. *generaliter. num.* 5. *C. de Inoff. testam.* per ill. Textum. TIRAQUEL. *ad l. si unquam. in verb. Susceperit liberos. num.* 115. *C. de revocand. donat.* PECK. *de testam. conjug. lib.* 1. *cap.* 41. *n.* 4. MYNSING. *cent.* 1. *obs.* 36. & *respons.* 38. *num.* 36. SCHURFF. *cons.* 20. *num.* 4. & *cons.* 96. *n.* 7. & 8. *cent.* 1. HOTTOMAN. 4. *observ.* 20. GUID. PAP. *decis.* 93. & si à legitima excludi debet Filia, specialem ejus mentionem fieri omninò oportet, ut per *l. si quando.* 35. §. *fin. C. de inoff. testam.* tradunt Dd. modò allegati, quibus addendus VICENT. DE FRANCHIS. *decis. Neapol.* 20. *num.* 6. & *decis.* 525. *num.* 21. BOËR. *decis.* 3. *num.* 7. & 9. Rationem assignant, quod renunciationes sint stricti juris, & ideo quod ex duobus juribus sibi competentibus,

30. 31.

bus, qui uni, (velut hereditati) renunciat, non censeatur alteri (puta legitimæ vel ipsius supplemento) renunciare. THOMING. *cons.* 51. *num.* 50. *vol.* 1. per *l. suum.* & *ibi* ALEX. *num.* 2. & 3. *C. de Jur. delib.* JASON. *in l. un. num.* 19. & 33. *C. quand. non pet. part.* & hinc fratres ut operam dent, ut quando Sorores renunciant jus etiam legitimæ specialiter remittant, cautè admonet post JASON. RODERIC. SUAREZ. *in repet. d. l. quoniam.* 29. *ampl.* 9. *num.* 5. *C. de inoff. testam.* Et hoc verum
32. esse dicunt, etiamsi juramentum ad renunciationem generalem accesserit, BOËR. *d. loc.* GRAMMAT. *decis. Neapolitan.* 57. *num.* 26. & *decis.* 101. *num.* 5. & 49. GABRIEL. *lib.* 6. *tit. de legitima. conclus.* 8. *num.* 9. ubi hunc magis receptum testatur, & infinitos allegat JOSEPH. LUDOVIC. *Decis. Perus.* 21. *num.* 47. *part.* 1. DAUTH. *ad c. quamvis. num.* 82. & 119. PARIS. *consil.* 26. *num.* 70. *volum.* 3. ubi ab hac opinione in respondendo & judicando recedendum non esse monet TIRAQUELL. *ad l. si unquam. in præf. n.* 160. *C. de Revoc. don.* GUID. PAPÆ *decis. Gratian.* 427. GRASS. *recept. Sent.* §. *Successio ab intestato. quæst.* 10. *num.* 17. JOH. BEYER. *cons.* 2. *vers. zum sechsten, post Breulæum.* Quia dictus textus in *l. si quando.* §. & *generaliter. C. de inoff. testam.* disponit pro forma, quod spe-
33. cialiter fiat mentio de legitimâ. Ubi autem lex requirit pro forma actum specificari, tunc juramentum non supplet illam formam. BOËR. *d. decis.* 3. *num.* 9. & non habet juramentum vim specifici, vel expressi, ubi est defectus substantiæ & consensus, sed solum, quando est defectus solennitatis omissæ, secundum ALEXAND. & JASON. *in l. sed & si quis.* 4. §. *quæsitum.* 4. *ff. si quis caution.* Cum ergo in instrumento dotali nihil in specie de legitima dicatur, sequitur, quod & filia ex tali pacto in specie renunciare non cogatur, sed ad generalem renunciationem saltem vi pacti cum adstricta sit, legitimam petere non prohibeatur, non minus ac talis generalis & simplex renunciatio, quæ in pactum deducta, re ipsa & actu facta sit: Simplex enim promissio de imposterum renunciando non potest plus habere virium ac ponderis, quam renunciatio ipsa, ut supra dictum, in terminis THOMING. *d. cons.* 51. *num.* 48.

XIII. Non continetur hoc pacto expresse quod filia sub juramento renunciare debeat. Ergò ad renunciationem juratò faciendam non est adstricta, nec potest virtute dictæ promissionis cogi ad interponendum juramentum, cum de juramento interponendo nihil fuit dictum. BOER. *decis.* 3. *n.* 6. qui ad hoc allegat TEXT. *in casu ad audientiam. X. de his quæ vi met. caus. c. commissum. X. de sponsalib.* quibus in locis sufficit eo modo quo conventum est, impleri promissum, licet id non permaneat, sed aliquando cassetur & irritetur. Sic testamento damnatus alteri ad rei alicujus locationem, præcepto satis fecisse judicatur, si semel locet, licet conductor in locatione non persistat, *l. in numerationibus.* 44. *in fin. ff. de solut.* BARTOL. *in l. inter Castellanum. ff. de recept. arbitr. & in l. si fidejussor. §. meminisse. ff. de Legat.* 1. 34.

XIV. Tandem cum renunciationes odiosæ sint. MYNSING. *respons.* 50 *num.* 17. *Decad.* 5. WESENBEC. *cons.* 11. *num.* 14. *& cons.* 15. *num.* 6. *Vol.* 1. & stricti juris, AFFLICT. *decis.* 350. REUSNER. *decis.* 9. *n.* 13. MARPURG. *cons.* 20. *num.* 34. *& cons.* 21. *num.* 48. *Vol.* 1. in dubio contra eas potius, quam pro iis judicandum esse videtur. DECIAN. *cons.* 52. *num.* 13. *Vol.* 1. vel ad minimum in favorem renunciantis interpretanda, ut ei minus præjudicent, DAUTH. *ad c. quamvis. num.* 154. *&* 157. *&* 161. JOS. MASCARD. *de probat. conclus.* 1263. *n.* 11. 35.

Rationes Decidendi Imæ Qu.

SEd præmissis non obstantibus, pro intentione parentis & fratrum respondendum, filiamque non tantum per modum exceptionis, sed & actionis cogi posse, ut pactum impleat, renunciationem validè interponat, nihilque amplius ex hæreditate matris, patris, vel fratrum (nisi in casum in pactis reservatum) petere possit. 36.

Primò enim verba pactorum dotalium ostendunt, quod dote constituta, simul inter contrahentes pactum sit, quod filia hæreditati paternæ, maternæ & fraternæ renunciare debeat, prout verba supra in initio responsi adducta sunt: quid vero tam congruum fidei humanæ, quam ea, quæ inter eos 37.

placuerunt, servare, ut ait ULPIAN *in l. hujus edicti.* 1. *princ. ff. de pact.* BREUL. *de renunciand. modo. causa.* 3. *cap.* 7. *num.* 1. grave est fidem fallere, ait idem *Ulpian. in l. hoc edicto.* 1.
38. *princ. ff. de constit. pecun.* Unde & jura nostra passim disponunt, quod id quod semel placuit amplius displicere non possit, *c. quod semel. X. de regul. Jur. in* 6. quod nemo consilium suum mutare possit in alterius detrimentum, *l. nemo potest.* 75. *ff. de Regul. Jur.* & audiendus non sit contra id quod semel approbavit, vel reprobavit, *l. sicut initio.* 5. *C. de oblig. & Act. l. generaliter.* 13. *C. de non num. pec. l. generaliter.* 12. §. *sed juramento.* 1. *vers. quis enim ferendus. C. de reb. credit. l. cum profitearis.* 4. *C. de revocand. donat.* & quod consensum, quem quis semel accommodavit, revocare nequeat. *l. per fundum.* 11. *ff. de S.R.P. l. in diem.* 9. *ff. de aqv. & aqua pluv. arcend.* & in tantum jura nostra fidem pactis præstandam volunt, contraq; factum suum venire prohibent, ut hoc etiam procedere ve-
39. lint, etsi factum de jure alias non teneat, ita dicit GLOSS. *in l. transactione finita. C. de transact.* & in *l. pen. C. de transact. & in l. pen. C. de testam. milit.* DD. *in l. cum profitearis.* 4. *C. de revoc. donat.* nec enim admittitur quis ad allegandam propriam turpitudinem, ut revocet à se factum, SOCIN. SENIOR. *cons.* 264. *Vol.* 4. & quamvis jure Civili ex pacto nudo non detur actio, *l. legem.* 10. *C. de Pact. cum simil.* Exceptio tamen datur, *l. juris gentium.* 7. §. 4. *ff. de Pact.* & de Jure Canonico etiam actio *c.* 1. & 3. *X. de Pactis.* & ibi Canonistæ, GARZ. *in d. c.* 1. *n.* 10. WESENB. *cons.* 38. *num.* 20. *Vol.* 1. idque in ecclesiastico non tantum sed & seculari foro receptum esse asserit JASON. *in d. l. Juris Gentium* §. *sed cum nulla. num.* 6. *ff. de Pact.* JOSEPH. LUDOV. *decis. Perg.* 9. *n.* 26. ita ut hodie ex quâlibet conventione vel pactione nascatur obligatio & actio. GARZ. *d. loc.* WESENBEC. *cons.* 31. *num.* 11. *Vol.* 1. MYNSING. *Cent.* 2. *obs.* 97. & agitur hic de pacto in continenti adjecto contra-
40. ctui dotali. Ex pactis autem contractui in continenti appositis obligationem & actionem etiam ex Jure Civili dari constat, *l. cum dos.* 25. & *t. t. ff. de Pact. dot. l. si fundum.* 2. *C. de Pact. inter emt. & vend. l. juris gentium.* 7. §. *quin imò.* 5. *ff. de*
41. *Pact.* & ibi Dd. Datur ergò ex hoc pacto actio ad id ut imple-

impleatur & fiat quod conventum & promissum est, hoc est ad renunciandum. *d. l. si fundum. 2. C. de pact. int. emt. & vend.* & multo magis exceptio contra filiam petentem vel dotem, vel hereditatis portionem, si quidem cui datur actio, ei multo magis exceptio, *l. invitus. 156. §. cui domus. 1. ff. de Reg. Jur.* & exceptio etiam ei datur cui agere denegatur, *l. pure. 5. in fin. ff. de doli mali & met. except. cum similib.*

II. Et ita in terminis pactionis vel promissionis de renunciando in contractu dotali factæ, quod scilicet licet non sit ipsa renunciatio, tamen in effectu hoc importet, & tantum efficiat, ut jure quis compelli & cogi possit ad faciendam renunciationem semel promissam, tradunt MYNSING. *respons.* 10. *num.* 15. *decad.* 1. VULT. *cons. Marpurg.* 17. *n.* III. *vol.* 1. BOER. *decis.* 3. *n.* 2. *ubi* ait: quod pactum de se obligando vel renunciando operetur obligationem de præsenti: cum pactum conceptum per verba de futuro producat exceptionem de præsenti. *l. si in diem* 46. *ff. de cond. & demonstr.* & in terminis promissionis de renunciando nomine uxoris à genero factæ. ERNESTUS COTHMANN. *cons.* 28. *Vol.* 4. 42.

III. Imò filiam tali pacto vel promissione de renunciando virtualiter & in effectu renunciasse dicendum, & promissionem renunciationis futuræ idem operari quod renunciationem præsentem dicunt COVARRUV. *in c. quamvis. part.* 3. *initio n.* 3. *de pact. in* 6. CRAVETT. *cons.* 12. *n.* 2. KELLENBENZ. *de renunciat. quæst.* 8. *n.* 8. MOLIN. *cons.* 155. *n.* 4. Ubi bis in Parisiensi Senatu sic judicatum testatur. Ad renunciandum enim obligata est, & si renunciare nolit, præstandum est id quod interest. *l. si quis ab alio.* 13. *ff. de re judic. l. si pœnam.* 68. *l. si quis* 112. *ff. de Verb. oblig. l. si sterilis.* 21. §. *si tibi fundum.* 4. *cum* §. *seq. ff. de action. emt.* Omnis vero utilitas parentum & fratrum in hoc casu renunciationis in eo versatur, ne filia cum fratribus simul succedat: quod interesse quia cum reali renunciatione planè convenit, & nihil aliud in se continet, quam ipsa realis renunciatio, & omninò certum & definitum est, & jura vitari volunt circuitus quantum fieri potest. *l. cum fundus.* 31. §. *servum.* 1. *ff. de reb. credit. l. Dominus testam.* 53. *ff. de condict. indeb.* novam renunciationem interpo- 45. 44.

nere supervacuum fore existimant. Sic in casu liberationis, cum debitoris interesse sit certum, nec quicquam hic expetat quam debiti remissionem, tam in pacto, quam legato liberandi, protinus ex tempore pacti, & die defuncti testatoris liberatio inducitur. *l. intra.* 41. *ff. de Pact. l. si cred.* 17. *C. de fidei comm. l. si non sortem.* 26. §. *adeò.* 7. *ff. de condict. indeb.* ut sic pariter in nostro casu cum parens in effectu per renunciationem nihil aliud quæsierit, quam hæredibus suis à divisionis obligatione liberationem, quâ alias filiam tanquam coheredem ad successionis communionem admittere cogebantur, in veritate ac si realiter renunciationem interposuisset, rigore hujus pacti à successione exclusa erit. KELLENB. *d. qu.* 8. *n.* 10. *& seqq.*

46. IV. Et hæc præsenti in Casu tanto magis procedunt, quod pactum factum sit sub promissione fidei: In fine enim pactorum dotalium continetur hæc clausula: *Gereden und versprechen darneben bey unsern Adelichen Ehren, Jungfraulichen Treuen, vvas hierinn beschrieben, denselben allerdinges Adelichen Ehren treulich nachzukommen, &c.* quæ clausula in fine instrumenti posita ad omnia omnino instrumenti capita referri debet, *per l. talis scriptura.* 30. *in fin. ff. de legat.* 1. *l. & si pepercerit.* 3. §. *pen. ff. de lib. & postum. cum simil.* & consequenter etiam ad promissionem de renunciando in instrumento vel pacto comprehensum. VULT. *cons.* 17. *num.* 117.

47. *Vol.* 1. Jam vero communiter receptum, quod fidei interpositio (ut hîc: *bey Ehren und Treuen*) juramento æquiparetur, per TEXT. *in c. ad aures. X. de his qui vi met. caus. & in c. penult. ubi gl. verb. juramento. X. de fidejuss. c. pervenit.* 2. *X. de Jurej. gloss. in c. pen. verb. quod promisit. X. eod.* FRANC. MARC. *qu.* 456. GAIL. *lib.* 2. *observ.* 59. MYNSING. *Cent.* 1. *observ.* 17. & *Cent.* 4. *obs.* 20. latè SCHURF. *cons.* 17. *num.* 11. & 21. *cent.* 2. WESENB. *cons.* 10. *num.* 24. COTHM. *cons.* 18. *num.* 123. *vol.* 1. Unde dicunt, quod omnis præstatio fidei sit juramentum, SCHURF. *d. loc.* NICOL. DE MILIS *in repert. verb. juramentum.* ubi ait: quod jurare censeatur, qui dicit, promitto sub fide mea. BALD. *in c. literis. in pen. col. X. de præsumt.* ubi dicit: speciem esse juramenti, si quis dicat, assero

per

per fidem meam. COLER. *part.* 1. *de Proceſſ. execut. c.* 10. *n.* 288. ANT. GABR. *lib.* 2. *comm. concl. tit. de Jurejur.* Et licet propriè & quoad ſubſtantiam fortè non ſit juramentum verum, ut magis placuit WESENBECIO *in Parat. ff. de Jurejur. n.* 6. RAUCHBARO & ALIIS *in rationibus dubitandi citatis*, tamen quoad vinculum contractus & obſervantiam, tantum operatur; quantum verum & corporale juramentum, eosdemque producit effectus, GLOSS. *in c. pervenit. X. de fidejuſſor.* JASON. *in l. prætor ait.* §. *jurar. num.* 3. *ff. de Jurejur.* ALEXAND. *in l. ſi quis major. num.* 16. *C. de tranſact.* in quo, quoad vinculum ſcilicet contractus & promiſſionis obſervantiam, ferè omnes conveniunt. COVARR. *ſuprà d. loc.* COLER. *d. loc. num.* 284. SETZER. *de juram. lib.* 1. *c.* 16. *num.* 3. & in hoc de notoria Germaniæ conſuetudine teſtatur MYNSING. *Cent.* 1. *obſerv.* 17. cui ut Doctori illuſtri Pragmatico & conſuetudinum perito id atteſtanti merito credendum, per GABRIEL. ROM. *lib.* 1. *de probat. concluſ.* 45. *in fin.* Ubi interim ſuo loco relinquitur, quod quoad pœnam perjurii differentiam & reſtrictionem, utpote in pœnalibus & odioſis ſolitam, alii admittant, per *cap. odia. X. de Reg. Jur. in* 6. MYNSING. *d. obſ.* 17. *in fin.* alii verò & hic idem ſtatuant, ut GAIL. *d obſ.* 59. *num.* 4. *&* 6. GLOSS. *in d. c. pervenit*, cum ad præſentem deciſionem iſta quæſtio nihil attineat; Inſuper in terminis, in pactis hæreditatum renunciatoriis, quod fidei præſtatio ſubintret locum juramenti, ejuſque effectum præſtet, reſponderunt WESENBEC. *Conſil.* 23. *num.* 55 *& ſeq. Vol.* 1. VULT. CONS. MARPURG. 17. *n.* 116. GOED. *conſ. Marpurg.* 27. *n.* 176. *Vol.* 1. & utcunque de aliis ſecus ſit, tamen inter nobiles potiſſimum ejusmodi promiſſionem pro Juramento ſervari, tradit MYNSING. *d. obſ.* 17. *poſt* JASON. ANGEL. ROM. & ALEXANDR. *in l.* 3. §. *Jurari. ff. de Jurejur. per text. citat.* qui interpoſitionem fidei pro juramento haberi pro armigeris h. e. nobilibus noſtri temporis, qui reddere promittunt ad fidem ſtatuunt, & maximè ſi ut hic fiat promiſſio ſub fide Nobilitatis *bey Adelichen Ehren und Trauen &c.* WESENB. *Conſ.* 25. *num.* 15. & *conſ.* 10. *n.* 24. *Vol.* 1. MYNSING. *d. obſerv.* 17. GAIL. *d. obſerv.* 59. *lib.* 2. GYLMAN. *deciſ. Camer.* 14. *num.* 31. *&* 34. BEUST. *in l.* 3. §. *Jurari*

Margin numbers: 48 (at "288. ANT. GABR."), 49 (at "ROM. lib. 1."), 50 (at "ciſionem iſta").

ri *num.* 14. *ff. de Jurejur.* RUTG. RULANT. *de Commiss. lib.* 2. *part.* 2. *c.* 11. *num.* 50. ut quod in Principibus & Comitibus, *bey Fürstlichen und Græfflichen Ehren &c.* facta promissio, idem importet in nobilibus *bey Adelichen Ehren &c.* JASON. *in d. l.* 3. §. *jurari. n.* 3. *de Jurej.* COLER. *de Process. part.* 1. *cap.* 10. *n.* 289. SETZER. *de Juram. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 2. WESENBEC.
51. *& reliqui supra citati.* Et in terminis pacti hæreditatis renunciatorii, quod hujusmodi nobilium renunciationes vel promissiones sub fide nobili æquiparentur Juramento, eundemque effectum ratione obligationis & observantiæ producant. WESENBEC. *cons.* 23. *num.* 56. *Vol.* 1. WEIDENKOPFF & BEYER. *cons.* 1. *&* 2. *post* BREUL. & consequenter promissionem de renunciando valident, non minus ac si talis promissio corporali juramento roborata fuerit, quo casu talem promissionem de renunciando valere, & promittentem obligare in dubium, non minus ac ipsam actualem renunciationem, per text. *c. quamvis X. de pact. in 6.* DAUTH. *ibid. num.* 101. & COVARR. *part.* 3. *in princip. num.* 3. ubi communem dicit. KELLEBENZ. *quæst.* 8. *per tot.* cum eadem sit ratio servandi promissionem de renunciando, quæ in ipsa renunciatione, in *d. c. quamvis.* posita.
52. Et dicunt *Dd.* quod quando promissioni de renunciando accedit juramentum, filia promittens præcisè cogatur ad renunciandum COVARR. *in c. quamvis. n.* 11. *& seqq. de Pact. in 6.* quod juramentum habet vim obligandi ad factum præcise, ita ut præstando interesse promittens non liberetur. text. *in c. ad naturam. de jurej.* GABRIEL. *de Jurej. conclus.* 8. *num.* 1. FRIDER. *de contin. caus. cap.* 14. *num.* 5. latè SETZER. *de Jurament. c.* 25. *num.* 95. *& seqq. lib.* 1. ubi etiam contrariorum resolutionem invenire licet. Quanquam hic parum referat, an renunciatio præstetur, ad id quod interest, cum in effectu conve-
53. niant, ut supra dictum. Unde ulterius procedunt Dd. dicentes quod ex quo promissio de renunciando per stipulationem & juramentum vallatur & corroboratur, effectum operetur renunciationis, ac si realiter & actualiter de præsenti renunciatum. BOËR. *decis.* 3. *n.* 2. per BALD. *in l. pactum quod datali. C. de collat. in* 18. *quæst.* ET PER NOT. *in l.* 2. *ff. de Evict.* DAUTH. *d. loc. num.* 101. JOH. ANDR. *in addit. specul.*

tit.

tit. de oblig. cujus opinionem in penetralibus Juris Canonici esse dicit LUDOV. ROM. *sing.* 185. COVARR. *d. part. 3. in princ. num. 3.* ubi communem dicit. Et habet juramentum etiam hunc effectum, quod excludat pœnitentiam in pactis, contractibus & casibus, ubi isti alias locus, GLOSS. *in l. si pecuniam. in pr. ff. de cond. caus. dat.* BALD. *in c. quæ in Ecclesiarum. circa med.* & JOH. DE IMOLA *in l. 2. §. sed si quis. de Donat.* EVERH. *in Topic. loc. à vi & energia juramenti. n. 40.* ubi communem dicit, à quâ in judicando non recedendum. SETZER. *de Juram. lib. 1. cap. 25. n. 107. & seqq.* ROL. à VALLE *cons. 5. n. 27. & seqq. Vol. 1.*

V. Posito, quod clausula ista pacto huic dotali adjecta promissionem observantiæ sub fide nobili factam continens, jure 54.
stricto non omnino idem sit quod juramentum, nec obligationem juratam, nec perjurium, in contraveniente inducat, non minus tamen vel ideò implenda esset facta promissio, quod non sine perfidio promissioni sub fide factæ ullo modo contraveniri queat, ut rectè scribit SETZ. *de Jurament. lib. 1. c. 16. n. 3.* cum fidei obligatio naturalis sit, *l. hoc edicto. 1. ff. de pact.* & adparet adjectionem talis clausulæ eo animo factam esse, ut omnino præstetur & observetur, quod promissum & quod in pactum deductum, ut robur & majorem efficaciam præter & ultra naturam actus, super quo interponitur, ex intentione paciscentium eam addere oporteat, per tradita CANON. *in c. 1. de jurejur.* JASON. *in l. 5. num. 25. ff. de condict. caus. dat.* Et in 55.
effectu etiam continet iteratam & geminatam promissionem: Verba geminata multum operantur, *l. Balista.* & ibi BART. *ff. ad SC. Trebell.* PARIS. *cons. 54. num. 67. lib. 1.* & *consil. 12. num. 69. lib. 2.* & *cons. 5. num. 54. & cons. 32. lib. 4.* & ostendunt enixam voluntatem promittentis. BALD. *in c. eam X. de Præscript.* PARIS. *cons. 10. num. 32. & cons. 15. n. 52. lib. 1.* LAUR. SYLV. *cons. 64. n. 4.* Et mentem deliberatam & appensatam, PARIS. *cons. 89. n. 23. lib. 3.* CRAVETT. *cons. 105. num. 4.* & geminata promissio robur addit iis, quæ per se alioquin essent invalida, & sine effectu, sicut pactum nudum, licet actionem non producat, geminatum tamen producit, *l. hoc edicto. 1. ubi* COSTAL. *ff. de constit. pec.* IDEM *in l. 7. in princ. ff. de pact.*

pact. CANON. *in c. per tuas. X. de arbitr.* SETZ. *de testib. lib.* 1. *c.*25. *n.*75. *& sqq.* ubi pluribus id amplificat, & hoc quam maximè in geminata promissione nobilium, eaque sub fide & quidem sub
56. fide nobili factâ: Cum in personis nobilibus fides bona præ aliis exuberare debeat. *arg. l. rei capitalis.* 2. *ff. de pœn. l. omne delictum.* §. *qui manus.* 1. *ff. de re milit.* & cum eorum dicto citius certiusque, quam aliorum jurijurando fides haberi soleat, ut de Principibus scribit ISOCRATES *ad Dem.* quo enim quisque nobilior, hoc illi magis creditur, GLOSS. in *l. testimonium.* 3. *verb. Plebejus. ff. de Testib.* BART. *in l.* 1. *num.* 21. *C. de Dignit. l.* 12. TIRAQUELL. *de Nobilit. c.* 20. *num.* 20. & præcipuè nobiles fidei & famæ majorem rationem habere debent, quam bonorum, memores Papiniani, quæ honestè non possumus, dicentis, ea ne facere quidem nos posse credendum, imo & conscientiæ & animæ majorem quam bonorum, per *l. Sancimus.* 21. *C. de SS. Eccles. c. cum infirmitas. X. de pœnitent.*
57. Siquidem Deus inter simplicem sermonem, & Juramentum non distinguit, quia sicut in juramento nullam convenit esse perfidiam, ita quoque in verbis nostris nullum debet esse mendacium, quia utrumque & perjurium & mendacium divini judicii pœnâ damnatur, dicente Scriptura, os quod mentitur, occidit animum: quisquis ergo verum loquitur jurat, ut sunt verba TEXTUS *in c. juramenti.* 22. *quæst.* 5. quæ in his ipsis terminis promissionis sub fide nobili factæ adducit GAIL. *lib.* 2. *obs.* 59. *in fin.* FRANC. MARCUS *decis.* 456. *num.* 48. Unde eleganter WESENBECIUS scribit, quod quamvis promissio talis sub fide nobili, corporale juramentum propriè non sit, tamen res non careat conscientiæ scrupulo, & difficile ut quis consulat filiæ contra talem promissionem non simpliciter quidem, sed tamen vi & effectu, juramento confirmatam venire, WESENBEC. *cons.* 23. *num.* 56. *Vol.* 1. & ex ipso VULTEJUS CONS. MARPURG. 17. *n.* 105. *vol.* 1. & Germana fides semper alia habita à fide Hispanorum, qui cum aliquid promiserunt, quod nec ab initio præstare animus fuit, dicunt fuisse saltem *palabras de complemento. Ehrenwort und keine rechte Verheißung*, SCIPIO ADMIRAT. *lib.* 10. *cap.* 8.

VI. Præ-

VI. Prætereundum non eſt, quod filiæ maritus etiam poſt 58.
conſummatum matrimonium dotem conſtitutam agnoverit, dotalitii conſtitutionem promiſerit, & à fratribus monitus non ſemel, ſed bis, tervè per literas ſe declaravit quod ſtare velit pacto dotali in omnibus clauſulis, & quod promiſſionem factam fideliter implere velit, ut literæ transmiſſæ ſatis teſtantur: cujusmodi geminationes maximè ex intervallo factæ maximum in jure effectum habent, oſtendunt enim mentis perſeverantiam, *l. ult. C. de plus pet.* enixam & præciſam voluntatem, JASON. *in l. cunctos populos. C. de ſumma Trinit.* Certum animi judicium & conſilium deliberatum, *l. ſi mulier.* 16. *C. de ad SC. Vellejі.* tollunt ſuſpicionem deceptionis. *d. l. ſi mulier.* 16. *C. ad SC. Vellej.* DECIAN. *reſponſ.* 46. *n.* 38. *vol.* 2. & addunt robur iis, quæ per ſe alioquin eſſent invalida, & ſine effectu; Sic quamvis promiſſio ſine cauſa non valeat, geminata tamen valet, ANGEL. *in l. petens.* 27. *C. de Pactis.* 59.
Sic verba enunciativa ob aliud prolata nihil probant, geminata tamen probant. DECIAN. *reſponſ.* 21. *num.* 25. *vol.* 1. & *reſponſ.* 46. *num.* 40. *vol.* 2. BART. *in l. cum ſcimus. poſt princ. per illum text. C. de agric. & cenſit.* Sic confeſſio parte abſente facta non nocet, geminata tamen probat. BART. *in d. l. cum ſcimus.* DECIUS. *reſponſ.* 163. *num.* 2. *vol.* 1. GABRIEL. ROM. *lib.* 1. *comm. concluſ. tit. de confeſſ. concluſ.* 1. & contra geminatam confeſſionem non poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. *gloſſ. in l. contractibus.* §. *illis etiam. verb. opponi. in princ. C. de non num. pec.* HEIG. *in inſtit. de liter. oblig. num.* 65. & geminata vel ſæpius iterata confeſſio facta promiſſionis de vendendo, mutando, &c. (qualis & hic de renunciando) in ſcriptis facta, licet extrajudicialis ſit, revocari nequit, PETR. WESENB. *conſ.* 17. *num.* 21. Sic geminata interlocutoria revocari nequit, GLOSS. *in Clem. ult. in fin. de Appellat.* ET NOT. *in c. cum ceſſante. de appellat.* Sic mulier geminato, poſt biennium intercedens revocare nequit, GLOSS. *in Clem. ult. in fin. de appellat.* & *not. in c. cum ceſſante. de appellat.* Exceptioneque SCti Vellajani privatur, *d. l. ſi mulier.* 16. *ad SC. Vellej.* quemadmodum alias pro altero intercedens, accepta pecunia, eo SCto non juvatur. JACOB. MENOCH. *l.* 2. *A. l. Q. cent.* 3.

caſ. 234. *num.* 2. 3. *&* 4. Sibi enim imputet ſi, quod ſæpius cogitare & vitare poterat, non fecit, ſed ultro firmavit, ait Imperator in *d. l. ſi mulier.* 16. *C. d. tit.*

60. VII. Imò certum eſt, quod pactiones iſtæ de non ſuccedendo valeant absque juramento, ſi ex conſuetudine & more regionis filia renuncians jurare non ſoleat, quoniam tunc conſuetudo talis firmat & validat hujusmodi pactum adeò, ut obliget renunciantem, licet juratum non ſit BALD. *in l. de quibus. col. 3. ff. de Legib.* & *in l. cum Artemidoram.* 4. *C. ut in poſſeſſ.* ALEXAND. IMOLA & JASON. *in l. pactum. C. de collat.* COTHMANN. *conſ.* 28. *num.* 6. *vol.* 4. & morem regionis cujuscunque ſequendum eſſe conſtat, *l. ſemper in ſtipulationibus* 34. *ff. de Reg. Jur. c. filii. ſi de feudo def. content. ſit. inter dom. & agnat. vaſ. 2. Feud.* 26. *c. un. de filiis nat. ex matrimon. ad*
61. *morganat.* 2. *Feud.* 29. SCHURFF. *conſ.* 96. *num.* 10. *cent.* 1. Jam verò per totam Germaniam & præſertim in Franconiâ filiabus ob ſexus Verecundiam & fragilitatem, ut plurimum remitti juramentum expeditum eſt, præſertim ſi earum parentes, quibus renunciatio fit, adhùc in vivis ſunt, qui raro filias ad corporale juramentum adigunt, ſed contenti eſſe ſolent nudis promiſſionibus, vel renunciationibus, in præſentia patris & cognatorum factis, vel datis reverſalibus, cautione idoneâ duorum vel trium agnatorum ſubſcriptione munitâ, quæ ex conſuetudine Franconicâ pluſquam notoria, hujusmodi pacta validant, & locum juramenti vel juratæ cautionis obtinent, atque ita teſtatur ſæpè allegatus AUCTOR SECUNDI CONSILII POST BREULÆUM *de renunc.* FICH. *conſ.* 7. *num.* 8. *&* 20. *vol.* 1. VULT. *Conſil. Marpurg.* 29. *num.* 30. *vol.* 2. EVERHARD.
62. JUN. *conſ.* 6. *in pr. vol.* 3. & alii plures. Quam renunciandi conſuetudinem Franconicam etiam ipſi paciſcentes in pacto hoc dotali fatentur, & ad eam ſe referunt, ſervarique volunt, dum de tali Renunciatione paciſcuntur, quam fieri velint non jurato, ſed coram agnatis & datis reverſalibus, prout moris & conſuetudinis: Verbis: *Soll ſich alles Erbguths gantzlichen für den Freunden verzeihen und begeben, und deſſen nothvvendigen Verzicht-Brieff*, vvie gevvœhnlich und bræuchlich zu beſchehen, *ihrem Vater, Brüdern, und Freunden einantvvorten,*

ten, cum ergo ex hac ipſa paciſcentium, eorumque agnatorum ſeu præcipuorum ex familia, tam ex parte ſponſi quam ſponſæ de tali renunciandi conſuetudine, quæ ſcilicet non corporali juramento, ſed ſaltem datis reverſalibus in præſentia amicorum fiat, appareat, ulteriori probatione non indiget: Confeſſio enim eſt probatio omnium optima inter confitentes, JASON. *in l. admonendi. num.* 134. *ff. de Jurejur.* & *in l. cum te. num.* 578. *C. de tranſact.* CANONISTÆ *ad Rubr. de renunciat.* & de conſuetudine Germaniæ totius, quæ pacta ſucceſſoria etiam injurata admittit, teſtantur GAIL. *lib.* 2. *obſerv.* 126. EVERHARD. JUN. *conſ.* 25. *num.* 45. *vol.* 2. & de jure Saxonico ejusmodi pacta injurata valere, vult TEXTUS *in Landrecht lib.* 1. *artic.* 13. *ubi gloſſ. Latina lit. F.* COLER. *deciſ.* 31. eamque conſuetudinem pacta ejusmodi injurata admittentem valere firmat BALD. *in l. pactum dotale. in oppoſ.* 2. *C. de Pact.* DAUTH. *in cap. quamvis. num.* 15. 80. & 136. KELLENBENZ. *de renunciat. quæſt.* 2. *num.* 30. quod enim Jure Civili introductum eſt contrario Jure Civili tolli poteſt. 63.

VIII. Et quod hodie etiam absque corporali Juramento ejusmodi renunciationes valeant, & moribus Germanicis ſanctè ſervari debeant, ratio evidens eſt; Jus enim Civile Romanum pacta de ſucceſsionibus tam acquirendis, quam amittendis improbat, ob rationes de quibus in rationibus dubitandi actum. Huic mederi volebat Jus Canon. ſtatuendo, quod quamvis pactum patri factum à filia, dum nuptui tradebatur, ut, contenta dote, nullum ad bona paterna haberet regreſſum, improbet Lex civilis, ſi tamen juramento nec vi, nec dolo præſtito firmatum fuerit, omninò ſervari debeat, *c. quamvis. X. de pact. in* 6. At moribus Germanorum nequaquam improbantur pacta, quæ de ſucceſſionibus interponuntur, ſive negativa ſint, ſive affirmativa, prout notiſſima eſt Germaniæ conſuetudo, GAIL. 2. *obſerv.* 126. Et in ſpecie iſte renunciandi mos fundatur TUM in favore maſculorum, qui naturâ digniores, *arg. l. cum pater.* 77. §. *pater.* 9. *ff. de Legat.* 2. & qui majora onera in regenda Rep. in obeundis muneribus, in cura rei familiaris, ſuſtinent. BALD. *in l. Titia.* §. *pen. ff. de legat.* 1. & per quos familia conſervatur, *l. pronunciatio.* 195. §. 64. 65.

familiæ. 2. *ff. de Verbor. signif.* TUM in conservatione familiarum, quæ dependet ex masculis, cum fœmina familiæ caput & finis sit. *d. l. pronunciatio*. 195. §. *mulier. fin. de Verb. signif. l. JCtus.* 10. *in princ. ff. de gradibus*, atque ex facultatibus, sine quibus nobilitas manca & ludibrio est, secudum TIRAQUELL. *cap.* 25. *n.* 9. *de Nobilit.* TUM in utilitate publica, Reipublicæ enim interest familiarum dignitatem conservari *l. temporibus*. 1. §. *sed & si servus*. 13. *ff. de inspiciend. ventr.* & locupletes habere subditos. *Novell.* 8. *in pr.* Remque publicam administrare, onera publica subire, &c. quæ omnia Masculorum sunt non fœminarum, BALD. *in l. Titia cum testamento*. §. *pen. ff.*
66. *de legat.* 1. Quæ publica utilitas privatæ fœminarum utilitati meritò anteferenda. *l. si quis rogatus*. 53. *ff. de fideicomm. libertat.* & propterea non tantum spectatur quid legibus receptum sit, quam quid necessitas & usus Reipublicæ postulet. WESENBEC. *princ. Parat. ff. de Pact.* GAIL. 2. *observ.* 56. *num.* 3. VULTEJ. *cons.* 29. *num.* 30. *& seq. Volum.* 2. MUSCUL. *de anom.*
67. *success. memb.* 2. *class.* 1. *conclus.* 4. *lit. B.* Et etiam ante Justiniani tempora agnatorum & sexus masculini in successione priorem fuisse rationem constat, TT. *Inst. de hered. quæ ab intest. def.* & non ineleganter BREULÆUS dicit, consuetudinarium hoc jus esse veteris juris scripti saluberrimeque introducti renovationem & approbationem. BREUL. *de renunciat. more caus.* 1. *c.* 2. *num.* 8. & hinc talem consuetudinem de jure subsiste, quæ fœminas dotatas à successione excludit, tradunt CAMPEG. *in tract. de dotib. quæst.* 21. *part.* 4. NATTA *in repet. c. quamvis. X. de pact. in* 6. *quæst.* 1. MOLINA *de Hispanor. primog. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 51. & ab his citati GAIL. 3. *observ.* 122. MYNSING. 3. *observ.* 26. & *resp.* 49. *num.* 26. *decad.* 5. FICHARD. *cons.* 2. *num.* 2. *& cons.* 3. *vol.* 1. & hanc sententiam communi Dd. calculo receptam esse testantur SCHNEIDEW. *pr. Inst. de agnat. success. num.* 10. MOL. *d. loc. num.* 51. eamque communionem asserit BRUNUS *tract. de Stat. exclud. fœmin. art.* 1. *num.* 19. atque certam & expeditam. ZAS. *cons.* 1. *n.* 50. Atque ejusmodi consuetudinem, fœminas scilicet dotatas à succcessione excludentem, in Germania usitatissimam, & in omnibus ferè regnis & nationibus & provinciis obtinere, &

usu

usu receptam esse testatur FICHARD. *d. cons.* 3. *num.* 8. & 20. MENOCH. *de Arbitr. Jud. Quæst. cas.* 149. PETR. GREGOR. *in Syntagm. lib.* 45. *cap.* 13. *n.* 5. ut sic de hujusmodi pactis, per consuetudinem approbatis tanto minus dubitandum, GOEDD. *Consil. Marp.* 26. *num.* 215. *vol.* 1. cum concipiantur de re per consuetudinem licita, & sic jure permissa; Consuetudinis enim non minor vis est quam legis *l. consuetudinis.* 2. *Cod. Quæ sit longa Consuetud.* Ea legem imitatur §. *sine scripto. Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* successionem inducere potest, *c. un. de nat. success. Feudi.* 2. *Feud.* 50. & proinde ut pactum illicitum lege potest fieri licitum, ita & consuetudine. VULTEJ. *de feud. c.* 7. *num.* 48. abrogatâ itaque per consuetudinem legis civilis prohibitione, ad Jus Canonicum, quod prohibitioni civili subvenire, & in æquitate Canonicâ remedium invenire voluit, non recte recurritur, & decisio non ex Jure Canonico, sed consuetudinario desumitur. Et consuetudini certâ ratione suffultæ acceptum ferendum est, ut injuratæ pactiones frequententur, & validæ sint, nisi consuetudo nominatim juramentum efflagitet. MUSCUL. *class.* 1. *conclus.* 5. *lit. B. num.* 200. Et imò ipsum jus Canon. plenius accipiendum est, utpote quod extra prohibitionem civilem non attendit Juramentum, sed etiam ex simplici pacto & æquitate actionem præbet, & in foro conscientiæ inter loquelam simplicem & Juratam, quoad observantiæ Vinculum non distinguit, ut supra dictum. Et pacta successoria affirmativa vel negativa non sunt contra bonos mores juris Pontificii vel divini. HEIG. *quæst.* 23. *num.* 9. FORSTER. *de pact.* ut nec contra bonos mores Germanorum, in quibus votum captandi mortem non præsumitur, nec attenditur, RICC. *de union. prol. cap.* 1.

(Margin numbers: 68 beside "longa Consuetud." line; 69 beside "sed consuetudinario" line; 70 beside "Et pacta successoria" line.)

IX. Atque hujusmodi injuratæ pactiones renunciatoriæ, quæ de consuetudine frequentantur, tanto magis validæ sunt, quod in præsentiâ & cum consensu, atque approbatione agnatorum & cognatorum, proximorumque de familiâ fiant, qualis præsentia parem cum juramento effectum producit, & pacta ejusmodi validat. MUSCUL. *de success. class.* 1. *memb.* 2. *cap.* 5. *lit. E. num.* 202. & 205. non minus ac præsentia vel decretum judicis vel Magistratibus, MUSCUL. *d. l.* WE- 71

SENBEC. *conſ.* 23. *num.* 56. *& ſeq. vol.* 1. Magiſtratus autem præſentia & decretum efficit, ut omnia cenſeantur peracta ſolenniter & juſtè & ſine omni ſuſpicione. *l. ait prætor.* 7. §. *ſed & 2. verſ. permittitur. ff. de minor. l. pacta noviſſima,* 12. *C. de pact. l. ſi quis.* 2. *C. de offic. Civil. judic. l. ſi deſerta.* 2. *C. ſi propter public. penſit. c. accipimus. de ætat. & qualit.* MASCARD.
72. *de Probat. concluſ.* 31. *num.* 6. Unde ſi decretum intervenerit, reſtitutionis auxilium minoribus denegatur. *l. ait prætor.* 7. §. *quid tamen.* 2. *ff. de minor. cum ſimil.* Cognatorum interventus idem præſtat. *l. tranſactionem.* 35. & ibi BART. BALD. JASON. *C. de tranſaction.* WESENBEC. *conſ.* 3. *num.* 66. *& conſ.* 23. *num.* 55. *vol.* 1. *& conſ.* 52. *n.* 12. *vol.* 2. Et hinc Saxonum jure renunciatio coram judice in judicio ſive fiat, ſive coram teſtibus, ſive juratò non adeò refert. COLER. *deciſ.* 38. *num.* 2. & ita uſum induxiſſe teſtatur ZOBEL. *part.* 2. *differ.* 29.

73. X. Non opus eſt ut de requiſitis renunciationis valdè ſoliciti ſimus, cum non de renunciatione factâ, ſed de promiſſione de renunciando hic quæſtio ſit: Aliud eſt ipſa actualis renunciatio, aliud pactum vel promiſſio de renunciando, ſicut aliud pactum de vendendo, aliud ipſa venditio. MANTICA. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 1. & dictum ſuprà *in rat. dubit.* 3. Promiſſio de Renunciando licet in effectu & in conſequentiâ inducat privationem hereditatis, tamen non eſt ipſa actualis renunciatio, nec ſucceſſionis excluſionem per ſe includit, ſed hæc ex alterutro ſolùm provenit, KELLENBENTZ. *de renunciat. quæſt.* 10. *num.* 11. Sicut ergò lex vel ſtatutum loquens de venditione, non extenditur ad promiſſionem de vendendo, nec ſolennitas requiſita in venditione, requiritur in pacto de vendendo, ut in ſtatuto Gabellæ firmant Dd. ALEXAND. *in l. ſi pupillus. in fin. princ. ff. ad L. Falcid. &* JASON. *in l. in bonæ fidei. num.* 5. *ff. de eo quod cert. loc.* MANTIC. *d. loc. num.* 3. Sic nec Juramentum vel alia ſolennitas, quam Jus Canon. requirere videtur in renunciatione actuali, neceſſario requiritur in promiſſione de renunciando, ſed talis promiſſio de renunciando in pacto dotali adjecta, etiamſi jurato facta non ſit, tam actionem quam exceptionem producit adverſus filiam; Actionem, ſi in heredi-

tatis

tatis possessione fuerit, ut vel renunciet legitimè, aut interesse præstet, quod hic nihil aliud est, nisi ipsa hereditatis exclusio, ut supra dictum: Exceptionem verò, si in hereditatis possessione non fuerit, sed ab heredibus ad communem se admitti petat, quod dolo faciat, qui id petat, quod mox restituturus est. *cap. dolo. extr. de Reg. Jur. in 6.*

Nec obstat quod sic Majorem effectum haberet pactum de renunciando, quam ipsa actualis renunciatio: Inspicienda enim est natura cujusque negotii, & quod per se inest, non ex accidenti: pactum de vendendo non est ipsa venditio, nec comprehenditur sub statuto de venditione loquente, cum pœnitentiæ in eo locus sit, hoc est ita ut præcisè rem, vel dominium rei vendere vel tradere promissor non teneatur, (ut in venditione) sed interesse præstando liberetur, cum nemo ad factum præcisè obligatur. *l. consilio. 7. in fin. ff. de curat. furios. l. si quis ab alio.* 13. *fin. ff. de re judic.* ALEXAND. *conf.* 202. *num.* 18. *lib.* 6. ROLAND. à VALL. *conf.* 69. *n.* 13. *lib.* 3. cujus diversitatis ratio & effectus in traditione dominii, item re, duobus vendita satis apparet, MANTICA *d. l. num.* 7. & 8. quod verò in renunciatione hereditatis facienda præstatio ejus quod interest idem in effectu importet, quod ipsa renunciatio, id ex accidenti & eventu est, & non propterea confundenda sunt negocia; 74.

XI. Et in his terminis injuratæ pactionis de renunciando in instrumento dotali comprehensæ, hactenus à præcipuis JCtis, & à Collegiis Juridicis responsum & pronunciatum, quod valeat, filiamque & generum ad observantiam fortiter obliget. Ita enim responderunt COTHMAN. *conf.* 28. *vol.* 4. ubi concludit, generum refractarium ad renunciationem solenniter & præcise faciendam jure cogi posse. FACULTAS JURIDICA MARPURGENSIS *conf.* 17. *vol.* 1. & in quadam facti specie in sententia informatoria, quæ posita est post conf. PRUCKMAN. 48. *vol.* 1. MYNSINGER. *respons.* 10. *num.* 18. & ita decisum testatur BOËR. *decis.* 3. *num.* 2. & bis in Senatu Parisiensi supremo sic judicatum testatur MOLIN. *conf.* 155. *num.* 4. & præfata FACULTAS JURIDICA MARPURGENSIS etiam sic pronunciavit *in sententia adductâ in causa Wangenheim contra Wangen-* 75.

genheim coram illustri Regimine Coburgensi vertente &c. *publicatâ* 8. *Martii* 1616. & in eadem causa *collegium Juridicum* ALTDORFFIENSE *Sententiam Dnn. Marpurgensium, post interpositam leuterationem confirmavit: Publicatâ* 5. *Octobr.* 1618. & in eadem causa etiam *Facultas Juridica* WITEBERGENSIS, *publicata Sententia* 6. *Martii* 1620. (quæ saltem procurationem Consensus curatoris ex jure Saxonico, quod in istâ causa observandum fuit, injunxit: in quo tamen puncto alia collegia Saxon. contrarium pronunciant, curatoris præsentium in pactis dotalibus, etiamsi renunciationem contineant, non desiderantes, quæ quæstio ad forum juris Communis, in quo causa proposita versatur, nihil attinet. Et SCABINATUS QUOQUE COBURGENSIS *in Casu pacti de Renunciando sub nomine ficto consultus ita pronunciavit* 7. *Januarii* 1614.

76. Præfata Sententia Marpurgensium sic habet; *S. W. daß Klægerin vermœge der in Actis angezogener Ehe-Beredung, die Renunciation und Verzicht, der gebühr vvürcklich abzulegen schuldig, zu erklæren und zu verdammen, und beklagte darauff von angestelten Klag zu absolviren und zu erledigen seyn,* &c.

77. Sententia Altorphiensium: *S. W. daß vermœge deren den* 8. *Martii Anno* 1616. *publicirten Vltheils Klægerin und Leuterantin, ihres Einvvendens ungeachtet, vvürcklich und vvie zu recht kræfftig mit dem Eyde, oder uff Versicherung vier beglaubter von Adel, nach Inhalt der ufgerichten Eheberedung, Verzicht zu leisten zu recht verbunden, Beklagte aber und Leuteraten, von der Klag zu absolviren seyn*, quantum vero hujusmodi præjudiciis in judicio præsertim contradictorio emanatis tribuendum sit, & quod in causis similibus sequenda sint ex GLOSS. & DD. *in l. nemo. C. de Sent. & interlocut.* AFFLICT. *decis. Neapolit.* 383. MARSIL. *decis.* 1. *num.* 2. *& aliis*, videre est.

78. XII. Cæterum hæc ad confirmandam Dominorum fratrum intentionem adducere volui, quod viderim hunc casum ad terminos *c. quamvis, de pact in* 6. referri, & ex ista renunciationis materia in dubium vocari: Si verò exactius intuemur, tota hâc disputatione opus neutiquam est, neque versamur

ſamur in terminis nudi pacti renunciativi, quale conſiderat textus *d. c. quamvis.* ſed potius in terminis *l. fin. C. de pact.* Pacti ſcilicet diſpoſitivi: Inter has enim materias magna eſt diverſitas, & utriusque textus ſeparata eſt ratio, ut proinde in hoc propoſito exacte diſtingui & ſeparari debeant. HARTMAN. PISTOR. *quæſt.* 1. *num.* 30. & *quæſt.* 5. *num.* 13. *part.* 4. & *quæſt.* 6. *num.* 41. & AUTOR CONSILII QUOD EXTAT POST HARTMAN. *quæſt.* 7. *n.* 14. Si enim filia cum patre pactum renunciativum facit de hereditate patri renuncianda, ſeu quando renunciatio ipſi patri, & in illius manibus ſit, caſus ad materiam *l. pactum. C. de collat. & cap. quamvis. de pact. in 6.* pertinet: 79.
Sin verò filia de hereditate renuncianda non cum ſolo patre, ſed cum fratribus paciſcitur, conſentiente patre, caſus ad materiam *l. fin. C. de pact.* pertinet, & valet pactum atque renunciatio etiam absque juramento, etiam ex ipſo jure Civili, DYN. *in d. l. pactum.* 3. *C. de collat.* quem contra JASONEM (à quo cavendum eſſe monet HARTM. PISTOR. *quæſt.* 1. *num.* 3. *part.* 4.) defendit SUAREZ. *in l. quoniam.* 32. *C. de inoff. teſtam. limit.* 5. *num.* 3. *in fin.* BOLOGN. *in d. l. fin. num.* 57. *C. de pact.* optimè CASTRENSIS *conſ.* 441. *incip. viſo puncto. part.* 2. COVARRUV. *in c. quamvis. part.* 3. *num.* 9. CRAVETTA *conſ.* 52. *in princ. & fin.* DAUTH. *in d. c. quamvis. num.* 34. indeque pro limitatione & reſtrictione ponunt, & textum *d. c. quamvis.* locum non habere tradunt, ſi filia cum fratribus præſente & conſentiente patre pactum de renunciando vel ſuccedendo facit. DAUTH. *ad d. c. quamvis. n.* 33. COVARR. *d. l.* HARTMAN. PISTOR. *d. quæſt.* 1. *n.* 30. *& qu.* 5. *num.* 13. & pro cautela tradit DAUTH. per quam pactum valeat, ſine omni juramento, ſi pater maritet filiam, ut frater cum Sorore pactum faciat, & pater conſenſum accommodet, juxta *l. fin. C. de pact.* quod fuit Conſilium PETRI DE BELLA PERTICA ut teſtatur CYNUS *in l. pactum. num.* 4. *C. de collat.* & ſequitur GEMIN. *ad d. c. quamvis. n.* 8 ALEXAND. *d. l. fin. num.* 12. & BOLOGN. *ibi num.* 13. 57. & 115. *limit.* 5. Etſi enim quando alter paciſcentium prorſus renunciat 80.
hæreditati, videatur reſpectu renunciantis eſſe pactum de non ſuccedendo, & propterea ad terminos *c. quamvis.* pertinere & juramentum deſiderare: Tamen quoniam illa renunciatio

non fit principaliter ei, de cujus hæreditate agitur, ſed alii paciſcenti de ea, dicitur horum paciſcentium reſpectu pactum de dividendâ ſeu diſponenda hereditate alterius viventis in caſu quo erat devoluta, & ſic locus eſt diſpoſitioni *d. l. fin.* non verò *cap. quamvis.* AUTOR CONSILII POST HARTMAN. PISTOR. *quæſt.* 7. *num.* 14. DEC. *in l. fin. n.* 7. *C. de Pact.* ubi ait, textum illum procedere ſive agatur de hereditate dividenda, ſive quod unus totam illam conſequatur, quoniam reſpectu paciſcentium eſt pactum hæreditatis dividendæ; Sequitur CAGNOLUS. *ibid. num.* 14. Et hinc rectè DAUTHIUS. *d. loc. num.* 34. pactum hoc ad materiam *d. l. fin.* pertinens, diſpoſitivum no-

81. minat, ſive ſit de ſuccedendo ſive de non ſuccedendo: Quanquam cum Interpp. ſolliciti eſſe non debeamus in oſtendendo, quomodo pactum tale diſpoſitivum ſit, eoque non ſimpliciter de renunciandâ, ſed etiam de acquirenda hereditate ex parte alterâ agi: Siquidem ad materiam *l. fin. C. de pact.* nihil refert, an de renuncianda, an de acquirenda hereditate agatur, ſed omnis vis in eo eſt, quod conventum ſit de hereditate tertii, eo conſentiente; ut bene monet HARTMAN. PIST. *d. quæſt.* 1. *num.* 30. quia enim tunc pactis non mutatur ſuccedendi ratio, ſed, hâc ſalva manente, filia jus, quod per Succeſſionem ei deferendum eſſet, per pactum in fratres transfert, & ſic ceſſat prohibitionis, in *leg. pactum. Cod. de*

82. *collat.* poſitæ ratio: pactum valet ſecundum terminos *l. fin. C. de pact.* Quod verò pactum de renunciando in hoc pactorum dotalium inſtrumento comprehenſum, non ſit tale, quod ſolus pater cum filia fecerit de hereditate ipſi, & in ipſius manibus renunciandâ, ut is de ea liberè absque metu querelæ inofficioſi diſponere poſſit, qui caſus eſt *l. pactum.* 3. *C. de collat.* & *l. ſi quando.* 35. *C. de inoffic. teſtam.* quarum legum materia eſt materia *cap. quamvis. de pact.* Sed potius quod cum fratribus initum, & parens ita dotarit & maritaverit filiam, ut filia fratribus renunciet, & fratribus cedat in ſucceſſione & ſic ſecundum ſupra dictas concluſiones ad materiam *l. fin. C. de pact.* pertineat, & in terminis renunciatio-

83. nis nudæ, vel pacti inter fratrem & filiam facti non ſubſtiterit, id ex ipſis verbis inſtrumenti patet. Dum (1.) in genere

&

& indefinitè ad omnes contrahentes refertur, verbis: *Hat man sich bederseits verglichen*, (2.) renunciatio non patri vel in manibus patris, sed indefinitè, & sic eò modò, quo omnium optimè fieri potest, pacta est, verbis: *Man hat sich verglichen, daß über dieß alles gedachte Jungfrau Amalia in nechster Jahres frist sich alles Vätterlichen, Mütterlichen, Brüderlichen Erb-Guths gänzlich verzeihen und begeben*, (3.) pacta renunciatio facienda coram agnatis, *vor den Freunden*, Item Verzichts-Brieff vvie bræuchlich und gevvœhnlich ihren Vater, Brüdern und Freunden *einantvvorten*, (4.) cautum est, *daß mit der Brüder vvissen geschehen soll, vvann der Vater ihr vvolle etvvaß vorstrecken, daß solches ebenmæssig mœchte versichert vverden*. Ex quo satis constat, quod fratrum intuitu renunciatio & cautio pacta, sicut & renunciatio filiæ in dubio in favorem fratrum potius quam patris interposita censeri debeat, per tradita HARTM. PISTOR. *quæst. 6. n. 56.* verba correspectivè sunt intelligenda, ut renunciatio facienda fiat uni consentiente altero, cujus hereditas renuncianda. HARTM. PISTOR. *quæst. 6. n.* 41. arripienda est interpretatio, quæ facit actum valere omni meliori modo, & quo valere potest, ut actus valeat potius quam pereat. *l. denique.* 3. *ff. de minor. l. si miles.* 3. *ff. de testam. milit. l. quoties in actionibus.* 12. *l. ubi est verborum.* 21. *ff. de reb. dub. l. quoties.* 20. *& l. semper.* 56. *ff. de Reg. Jur. c. 6. X. de donat.* JASON. *cons.* 183. *num. 9. Vol.* 2. ALCIAT. *de præsumt. reg. 3. præsumt.* 34. ROLAND. à VALLE *cons. 65. num.* 16. *Vol.* 1. Quod in tantum procedit, ut verba etiam contractus improprianda sint, ut actus sustineatur. BART. *in l. si tibi, ff. de reb. cred.* ALCIAT. *d. præsumt.* 34. *num.* 9. & si valet eo modo, quo valere potest. *l. si unus.* 27. §. *pactus.* 2. *ff. de pact. & l. Stipulatio.* 1. §. *si stipulanti.* 4. *ff. de Verb. Obligat.* & ut factus censeatur secundum, non contra juris dispositionem, & prout licitum, BALD. CASTR. ET DD. *ad l. si duo. ff. de acquir. vel omitt. hered.* ALCIAT. *de præsumt. reg. 3. præs.* 1. & talis verborum interpretatio facienda, non solum ut actus valeat, sed etiam ut valeat fortiori ac validiori modo, GLOSS. *in l. si sc.* 1. *ff. de Judic.* MENOCH. *lib.* 1. *præsumt.* 29. *n.* 45.

84. 85.

XIII. Numerum claudat ratio à DD. in hoc genere 86.

pacti recepta, quod nempe pactum factum per patrem cum liberis, convertatur in ultimam voluntatem, & habeat vim supremi judicii. BART. *in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact.* cum quo communiter transeunt DD. ut attestatur GRASSUS *in §. successio. quæst.* 15.

Nec obstat hic *l. hereditas. C. de Pact. convent.* quia non loquitur de parentibus, sed de extraneis, marito & uxore, qui sine solennitate inter se testari nequeunt. Ita MODEST. PISTOR. *ad l. pactum dotali. C. de Collat.* im MStis, ut contrarius est MOLLERO 2. *semestr.* 9.

Resolutiones Contrariorum.

ETsi vero ex his decidendi rationibus per se corruant adductæ dubitandi rationes, tamen ad speciem eundo id eo melius patebit.

87. Ad I. II. & III. Respondeo, quod de filiarum æquo succedendi Jure, indeque earum fundatâ intentione præmittitur, id moribus Germaniæ & præsertim Franconiæ, inter nobiles non indistinctè obtinet, quibus filiæ contenta dote ab hæreditate abstinere, eique renunciare coguntur, ut supra in fundam: Datur ergo hic replicatio ex pactis dotalibus, in quibus gener & filia ad renunciationem secundum morem inter nobiles Franconicos receptum, faciendam se obligant, cum enim ejusmodi pacta dotalia ex more regionis frequententur, & passim à Nobilibus Franconicis concipiantur, præsumtionem validitatis pro se habent, & promittentem adstrictum tenent, donec de invaliditate, vel de causa ab eis re-
88. cedendi legitima doceatur; Contractus enim ex consuetudine judicatur legitimus & licitus. BART. *in l. quis sit legitimus. §. idem apud Labeonem. ff. de ædil. edict. per l. quid ergo.* 3. *§. contrarium.* 1. *ff. de contr. tut. & util. act. & l. tutor. qui repertorium.* 7. *§. sed etsi.* 10. *ff. de admin. & peric. tut.* ROL. à VALLE *cons.* 25. *n.* 43. *Vol.* 1. & prævalet præsumtio validitatis, ut scilicet actus valeat potius quam pereat, *c. Abbate. X. de V.S. l. denique.* 3. *ff. de minor. l. si miles.* 3. *ff. de testament. mil. l. quoties.* 20. *ff. de reg. Jur. cum simil.*

Etsi

Etsi (II.) renunciatio ipso actu & in suâ formâ non- 89.
dum sit facta, tamen negari nequit, quin promissio de ea secundum formam præscriptam facienda actu facta, atque in se perfecta & absoluta sit, ut ex hoc respectu res in nudis transactionibus substitisse nequeat: quæ promissio licet ab ipsa renunciatione differat, promittentem tamen ad renunciandum obligat, & obligationem inducit de præsenti, ut dictum suprà argum. 2. & 3. Omnis enim promissio de contrahendo, vel actum aliquem faciendo, promittentem ita adstringit, ut contractum vel actum, de quo convenit, perficere, vel si nolit inire & facere, id quod interest præstare cogatur, JASON. ET DD. *in l. bonæ fidei. ff. de eo quod certo loc.* BART. *in l. si fidejussor. num.* 4. *ff. de fidejussor.* BART. ET ALEXAND. *in l. qui pecuniam. ff. si cert. pet.* textus *in l. qui Romæ.* 122. *ff. de Verb. Oblig. l. si Voluntate.* 4. *C. de dot. promiss.* & is qui promittit contrahere, vendere, donare, renunciare, &c. dicitur contractum innominatum facere, & ex hoc conveniri posse. *l. Labeo.* 50. *ff. de contrah. emt.* GLOSS. ET DD. *in l. in bonæ fidei. C. de eo quod cert. loc.* BALD. *in l. quamvis. in f. C. de transact.* ALEXAND. *in l. si pecuniam. §. sed si. num.* 4. *ff. de condict. caus. dat.* tradunt.

Nec obest (III.) quod in contractu innominato locus 90.
sit pœnitentiæ: Nam hujus regulæ complures limitationes enarrat JASON. *in d. l. si pecuniam. num.* 2. *de cond. caus. dat.* inter quas vel hæc una sufficit, quod in contractibus innominatis non sit locus pœnitentiæ, si res non est amplius integra, hoc est si intersit alterius, adimpleri contractum, puta jam aliquid geri cæptum, *text. in d. l. si pecuniam. in princ. & §.* 1. *ff. de cond. caus. dat.* quod verò in nostro casu res non amplius integra sit, patet inde, quod pacta dotalia, in quibus hæc pactio continetur, nuptiis secutis confirmata & impleta sint, & gener filiam in matrimonium accipiendo, dum pacta dotalia in uno implevit, in alio etiam implere teneatur, neque aliâ quam sub Renunciationis faciendæ conditione filia elocata est; quam conditionem proinde omnino implere debet, cum matrimonio jam consummato, à pactis dotalibus recedere non possit. Item patet, quod mater jam mortua sit, pa-

ctum morte confirmarit, & casus extiterit, in quem à parente & fratribus pacta hæreditas. Deinde omnis illa de pœni-
91. tentia quæstio hic exulat, cum pactum de renunciando hic non stet per se, sed sit pactum contractui dotali adjectum, & consequenter ejus pars, & eandem actionem quam ipse contractus dotalis producat, & pœnitentiam omnem excludat, secundum *tot. tit. ff. de pact. dotal.* & *l. 2. C. de pact. int. emt. & vend. l. 7. §. quin imò. ff. de pact. cum similibus.* & ita in pacto renunciationis contractui dotali adjecto, VULT. *Consil. Marpurg.* 17. *num.* 112. *vol.* 1. præterea quod pœnitentiæ locus sit, id est ex jure civili, quod actionem dare nolebat ex nuda conventione absque synallagmate. *d. l. 7. ff. de pact.* id hodie per Jus Canonicum & consuetudinarium correctum est, & ex qualibet conventione nuda datur actio ad implendum id quod convenit, WESENB. *in Par. ff. de pact. num.* 8. *c.* 1. *& ibi Canon. X. de Pact.* Quicquid longè alio tamen sensu & effectu dicant PALLADIA. *ad l.* 5. *num.* 18. *&* 19. *ff. de Præscript. verb.* BALD. *in l. sive apud acta. C. de Transact. & alii Dd.* Et tandem promissio fidei & quidem nobilis, *bey Adelichen Ehren*, adjecta contractui excludit omnem pœnitentiam, non minus ac promissio jurata, quod Jure Canonico expeditum, *cap. pervenit. c. si vero. c. ad nostram. X. de Jurejur. cum simil. suprà in quarta decid. ratione.*

92. Nec obstat allegata auctoritas IMOLÆ, quia non de interesse vel obligatione, sed de translatione dominii loquitur quod scilicet, antequam ex promissione jurata traditio intervenerit, dominium ad alium, per titulum alium, transferri possit, non obstante promissione jurata alteri facta, secundum *l. quoties. C. de rei vind. junct. cap. sicut ex literis, X. de Sponsalib.* ut proinde semper attendendum quo respectu pœnitentiæ locum faciant Dd. Ad interesse, si aliquid revera subest, semper obligatus est promissor, *l. si sterilis.* 21. *§. si tibi fundum.* 4. *& seq. ff. de act. emt. cum simil.*

93. Non obstat (4.) quod in materiâ sponsalium dictum, quia ibi non de commodo pecuniario, sed conjunctione corporum agitur, quæ per se non recipit præstationem pecuniariam, vel ejus quod interesset, *l. prætor ait.* 1. *§. summa.* 1. *l. fin. ff. de*

ff. de his qui effuder. l. ex hac lege. 3. *ff. si quadrup. pauper. l. si laborante.* 2. §. *cum in eadem.* 2. *vers. corporum. ff. de L. Rhod. de Jact.* KELLENBENZ. *de Renunciat. quæst.* 8. *num.* 12. & imò etiam in sponsalibus, ubi interesse pecuniarium allegari & probari potest, pars fidem datam adimplere recusans in id condemnatur, ut ex BEUSTIO constat, & tota die pronunciatur.

Mynsingeri autoritati (5.) opponuntur authoritates plurium Dd. supra in rationibus decidendi allegatorum: Deinde loquitur de pacto simplici, non de eo quod dotis constitutioni statim accessit, non de jurato, vel eo quod sub fide nobili factum, id quod ipse *Mynsingerus* pro Jurato habet in suis *observationibus Cent.* 1. *observ.* 17. in pacto dotis constitutioni in continenti adjecto, & in pacto Jurato de renunciatione facienda subjicit ipse ibidem *num.* 15. quod filiam ad actualem renunciationem faciendam obliget valide, secundum *l.* 2. *C. de Pact. int. emt. & vend.* & separanda sunt *Mynsingeri* argumenta adjuvantia à principalibus. 94.

In ultimis voluntatibus (6.) quidem ita est, ut actum nihil censeatur, si quid agendum restat, ut & de his loquitur *allegatus* §. *ex ea autem.* Idque ideo quia in illis ambulatoria voluntas est, & disponens ex conjecturata mente noluisse censetur robur inesse antequam debitam formam vel ultimam perfectionem adhibuerit, *l. un.* §. *ubi autem. C. de caduc. tollend.* aliud vero est in dispositionibus inter vivos, in quibus statim atque ad promissionem quis accessit, obligatur & præstationi adstringitur. *l. hujus edicti.* 1. §. *& est pactio.* 2. *ff. de pact.* quia contractus ab initio sunt voluntatis, ex post facto necessitatis, *l. in commodato,* 17. §. *sicut.* 3. *ff. commod. l. sicut.* 5. *C. de oblig. & Act.* 95.

Ad IV. Respondeo (1.) hic non immerito reponi: si pactum de Jure improbum censetur & invalidum, quare id iniisti? Nemo admittendus ad allegandam propriam turpitudinem, ut revocet à se factum, vel ut veniat contra promissionem propriam: quod non tantum si factum sit de jure validum, sed etiam si de Jure non teneat, dicit GL. *in l. transactione finita. C. de transact.* & *in l. pen. C. de testam. milit.* & 96.

DD.

97. DD. *in l. cum profitearis. C. de Revoc. donat.* Etsi (2.) ad allegatos textus juris civilis facile responderi posset, & ostendi, quod ad præsentem facti speciem non recte accommodentur: Tamen sufficit quod in genere dicatur Jus Civile Romanorum hac in parte, tam jure Pontificio quam moribus Germanorum, & præsertim Francorum esse abrogatum, & pacta successoria (etiam in illis ipsis terminis, in quibus præfatæ leges loquuntur, in quibus tamen hic non sumus, ut vel ex nuda lectione & collatione patet) contra leges Romanorum tam Jure Canonico quam consuetudine facta, esse licita, atque renunciationem hereditatum esse frequentissimam & de Jure consuetudinario licitam, ut hoc satis deductum in fundamento primo.

98. Ad V. Respondeo (1.) Disputatio ista an pactum juramento confirmetur & validetur, an verò solum juramentum obliget, quoad hanc facti speciem nullius est effectus. DAUTH. *ad c. quamvis. num.* 66. Et etiam ipsum pactum (2.) juramento vallatum fieri validum & obligatorium ipsa verba *d. c. quamvis.* ostendunt, ut arguit oppositio verborum: Quamvis lex improbet pactum: tamen si juramento firmatum &c. Servari debet: quæ verba posteriora ad ipsum pactum referuntur, nec enim dicit lex, si juramentum accesserit, id servandum, sed si pactum juramento firmatum fuerit, id (pactum) servandum: atque ita tenent DD. communiter, CROTT. *in repet. l. stipulatiõ hoc modo. num.* 33. *ff. de Verb. Obligat.* COVARRUV. *ad c. quamvis. part.* 1. §. 5. *num.* 4. DAUTH. *ad d. c. quamvis. ampl.* 24. *num.* 94. nec enim est contra bonos mores Canonicos vel divinos. DAUTH. *num.* 20. & suprà adductum pluribus.

99. Etsi (3.) Jure Canonico Juramentum desideretur, tamen id non est ratione formæ specificæ vel solennitatis, quam induxerit Jus Canonicum, sed respectu Juris Civilis, cui subvenire potius voluit permissive, permittendo scilicet pacta, eaque servari jubendo, si juramento firmata fuerint; cum autem à jure Civili hactenus moribus Germanorum recessum fuerit, & talia pacta etiam ex ipsa consuetudine facta sint licita, frustra ex jure Canonico de forma & substantia disputatur. (4.) Non versamur hic in terminis *l. 3. C. de Col-*

de Collat. & c. quamvis. de pact. in 6. Sed in terminis *l. fin. C. de pact.* Ubi juramento non opus est, ut supra argum. penult.

Ad VI. Respondeo (1.) falsum est, quod *textus c. quamvis.* Juramentum corporale requirat. Ne verbulum ibi habetur de corporali Juramento, vel tactu Evangeliorum, vel alia Juramenti solennitate, sed simpliciter & indefinitè fit mentio juramenti. At jus Canon. non tantum corporale Juramentum sed & verbale, & imò omnem fidei constitutionem atque juramentum qualitercunque præstitum pro juramento habet, *text. in cap. ad aures. X. de his quæ vi metusve caus. cap. cum contingat.* 28. *X. de Jurejur. cap. licet. X. eod. in 6.* & ibi CANON. PANORMIT. *in c. ad aures. X. d. tit.* SCHURF. *cons.* 62. *num.* 13. *Cent.* 3. WESENB. *cons.* 23. *num.* 15. & 56. *vol.* 1. vide supra rationem decicendi quartam. Et juramentum corporale aut alia solennia non requiruntur pro solennitate vel forma, nisi ubi in specie jus requirit; non ubi simpliciter de juramento fit mentio, CORSET. *de Jurament. quæst.* 4. *num.* 7. ubi enim textus non distinguit, ibi nec nos distinguere debemus. Et quæ ex WESENB. *cons.* 14. in object. citantur, habentur itidem inter rationes dubitandi, non decidendi, & ab EODEM *ib. d. cons.* 23. refutantur. (2.) Etsi ex jure civili in casibus, ubi juramentum requiritur ad validitatem actus, requiritur veri juramenti, etiam corporalis, interpositio, secundum JASON. *post alios in l.* 3. *§. Juravi. n.* 1. 2. 3. *ff. de Jurejur.* post BALD. *in Auth. Sacramenta puberum. n.* 6. *per. pr. Inst. de fidejussor. l.* 3. *C. si min. se major. cum simil.* MENOCH. *cons.* 35. *num.* 21. *vol.* 1. GABRIEL. ROMAN. *lib.* 2. *recept. conclus.* 5. *limit.* 3. *num.* 34. de quo jure Civili etiam intelligendi etiam in Contrarium citati: tamen jure Canon. secus est, quod hoc juramentum qualitercunque præstitum, servandum esse velit, ut modo dictum: ut sic differentia omnino sit inter jus Civile & Canonicum. JOH. FABER, CYN. BART. SALICET. ANGEL. & ALII *in d. Auth. Sacramenta puberum.* & citati â GABRIEL. *d. loc.* Juri autem Canonico hic standum esse in foro imperii & seculari, sententia DD. tutior & melior & communior est. *cap. X. de Jurejur. in 6.* CORN. *in d. Auth. num.* 3. DAUTH. *ad cap. quamvis. num.* 69. ubi invictum

100.

101.

102.

N

victum argumentum dicit, quod Deus inter verbale & corporale Juramentum non distinguat; & *idem num.* 24. monet cavendum, ne propter ritus vel concepta verba tollamus substantiam juramenti, quæ in his neutiquam subsistat. WESENBEC.
103. *d. conf.* 23. *num.* 56. *vol.* 1. (3.) Alia est quæstio de forma juramenti, alia de effectu: quoad formæ complementum corporale ubi requiritur juramentum, ibi aliud est esse tale aliquid, aliud tali loco haberi. *l. mercis.* 66. *ff. de verb. signific.* MODESTIN. PISTOR. *in loco in objection. citato.* & tale non est quod non est simpliciter tale, sed cum adjuncto profertur, JASON. *conf.* 171. *n.* 12. *vol.* 4. at quoad obligationem adstringendam in foro conscientiæ efficax est, quoties bonis moribus non adversatur, neq; peccatum continet, secundum eundem MODEST. PISTOR. *citato*
104. *loc. n.* 47. *conf.* 19. GOED. *Conf. Marpurg.* 27. *n.* 177. *vol.* 1. (4.) Elevatio digitorum non est de substantia juramenti, sed tantum Ceremonia extrinseca, quæ sive præstetur sive omittatur, propterea non vitiat actum, si modo constet de voluntate jurantis, ita JOH. BEYER. *conf.* 2. *post Breul. fol.* 248. (5.) Distinguendum inter ipsam renunciationem, & inter pactum de renunciando, supra *fundam.* 10. (6.) Ex more regionis tam in renunciatione, quam in pacto de renunciando remittitur jurandi necessitas, ut supra in *fundam.* 7. 10. *& ult. plura huc pertinentia.*

105. Ad VII. Respondeo, imo renunciatio valet, etiamsi filia renuncians de legis civilis prohibitione non certioretur, ita in *d. cap. quamvis.* ARCHIDIACONUS. JOH. ANDR. GEMIN. NATTA, BOYS, dicens ita judicandum & consulendum, COVARRUV. *part.* 3. §. 1. *num.* 4. GABRIEL. ROM. *lib.* 2. *recept. conclus. tit. de jurejur. conclus.* 3. DECIAN. *conf.* 39. *num.* 74. *vol.* 2. CEPHAL. *conf.* 405. *num.* 42. *vol.* 4. Et quamvis certioratio requiratur in minoribus, de quibus in contrarium allegati loquuntur, (quanquam & in his alii & quidem magis communiter certiorationis requisitum rejiciant, AFFLICT. *decis.* 159. de quo apud WESENBEC. *consil.* 52. *num.* 34. *vol.* 2.) secus in majoribus, ROMAN. *dict. conclus.* 3. JASON. & DD. *in Auth. Sacramenta puberum.* Et sive de juris beneficiis, sive de hereditate & viribus hereditariis quæratur, certioratione non esse

esse opus, post reliquos Dd. satis prolixè notavit KELLENBENZ. *quæst.* 4. *de renunc.* quem vide. Et de valore substantiæ vel viribus hæreditariis quomodo certiorari poterit, cum incertissimum sit quales eæ post mortem futuræ, ut suprà deductum. & ad quid opus? cum vivente patre nullum in patrimonio paterno habeat jus filia, nec renunciatio fiat principaliter respectu bonorum, sed respectu familiæ, & imò donandi potius quam acquirendi intentione. Et nec certioratio specifica requiritur, sed sufficit vel in genere cogitasse, quod ex actu tali solenni in præsentia patris, fratrum & agnatorum, atque etiam sub juramento & fidei præstatione facto præsumitur. *cap. ex rescripto. X. de Jurejur. l. qui jure. 7. ff. de testam. milit.* WESENB. *cons.* 74. *num.* 79. *vol.* 2. KELLENBENZ. *d. loc.* Quæ de muliere certioranda sunt allata, procedunt in renunciatione simplici, non tali deliberata, & interpositione fidei vel juramento firmata, ita KELLENBENZ. *d. loc.* non de tali quæ facta in præsentia patris & agnatorum, qualis omnem suspicionem & læsionem excludit, *l. transactionem.* 35. *ubi* JASON. & DD. *C. de transact.* COTHM. *cons.* 53. *n.* 108. *vol.* 2. alii in contrarium allegati loquuntur de hereditate delata, in qua secus est, MYNSING. *d. respons.* 56. *num.* 24. *cum seq. decad.* 6. Allegata PRUCKMANNI autoritas rejicitur in sententia Germanica à se ipso post finem sui responsi adducta. Et ipse PRUCKM. citato loco non decisivè statuit certiorationem requiri, sed saltem refert quosdam contra communem sentire. 106.

Ad IIX. Respondeo (1.) Negatur pactum hic esse conceptum in personam sponsi: In genere enim & indefinitè sub nomine omnium contrahentium & præsentium conceptum est, verbis: *Man hat sich beederseits verglichen:* & Sponsi consensus atq; jussus pactus: Verbis: *daß die Jungfrau mit verwilligung und geheiß ihres Haußwirts nach ehelichen Beyschlaffen &c.* & in fine pactorum dotalium dicitur: *So bekennen wir Johann Emerich Veit, und Amalia gebohrne Fuchsin vertraute Ehebraut, daß solche Heurathliche Abrede mit unsern wissen und willen zugangen und geschehen, &c. Gereden und versprechen &c.* Unde patet quod ipsa filia per se una cum sponso in hæc pacta dotalia expressis verbis consenserit, & ad 107.

108. renunciationem faciendam se obligarit. (2.) Pacta dotalia non solent de consuetudine concipi in personam filiæ principaliter: sed solent inter parentes atque cognatos cum futuro marito concipi, ut etiam de hâc consuetudine testatur MOLLER. *ad constit. Elector.* 15. *num.* 88. *& ad constit.* 43. *num.* 5. *part.* 2. *& constit.* 20. *n.* 2. *p.* 3. ut proinde sufficiat hic consensus vel ratificatio filiæ, quæ in clausula finali adjecta habetur, sicut in hoc pacti de renunciando, passu, consensum & ratificationem filiæ etiam ex post facto supervenientem sufficere de Jure in collegiis juridicis responsum memini. Et sic etiam intelligendi in contrarium adducti. Sic enim BOËR. *decis.* 3. *num.* 16. pactum (ait) inter patrem filiæ & ejusdem filiæ maritum, de ipsa postquam eandem domum suam adduxerit renunciare faciendo hereditati paternæ, nullum esse, postquam prius non renunciaverat, nec illam conventionem ratificaverat. secundum *l. un. C. si in comm. eademq. caus.* Alia ad hujus dubii resolutionem peti possunt ex KELLENBENTZ. *quæst.* 11. quò remisisse sufficiat, cum res hic ex pacto per se satis clara.

109. Ad IX. Respondeo (1.) quod valeat pactum de renunciando sive interponatur ante dotis receptionem, sive in dotis receptione, sive postea; ita concludunt JOH. MONACH. ARCHID. JACOB. ANDR. GEMIN. & ALII *citati à* DAUTH. *ad c. quamvis. num.* 78. COVARR. *part.* 3. §. 2. *num.* 1. GABRIEL. ROM. *lib.* 3. *recept. conclus. de Jur. dot. reg.* 1. *ampliat.* 2. *num.* 4. ut pactum renunciativum (2.) obliget, nullibi requiritur realis dotis numeratio, quamvis textus dict. *cap. quamvis.* de dote loquatur: non tamen loquitur de dote numeratâ vel accepta. Dos stipulatione, vel etiam nudâ promissione atque pollicitatione constituta vel promissa, vera dos est, etiamsi dotatio, vel numeratio non intervenerit, ita ut lex atque statutum dotis mentionem faciens, ad eam referri possit & debeat *l. Julianus.* 20. *cum l. seq. l. licet.* 43. *l. si pater.* 44. *l. nuptura.* 57. *ff. de Jur. dot. l. cum post.* 43. §. *qui cum.* 1. *vers. sed is. ff. de admin. & peric. tut. l. quanquam.* 1. *ff. de dot. collat. l. ad exactionem.* 6. *& t. t. C. de dot. promiss. & l. ex morte.* 9. *vers. hoc tamen. C. de pact. convent. tam super dot.* & ita tenent post alios ROL. à VALLE *de lucr. dot. quæst.* 5. *& seqq.* GAIL. *lib.* 2. *observ.*

observ. 79. ubi communem & veram dicit HEIG. *quæst.* 33. *num.* 91. *part.* 1. JOSEPH. LUDOV. *decis. Perus.* 21. *num.* 12. Constituitur enim dos consensu non numeratione & ipsam rem habere videtur, qui habet actionem ad eam consequendam. RAUCHB. *part.* 1. *quæst.* 6. *num.* 22. (3.) Etsi dotis mentio fiat in *d. c. quamvis.* indeque inferri velit dotem necessario intervenire debere, tamen verior & receptior est eorum sententia, qui renunciationem etiam hoc casu valere existimarunt, ubi nulla dos constituta vel promissa est, DAUTH. *d. l. num.* 51. 119. & 142. HARTM. PISTOR. *quæst.* 6. *num.* 21. & *seqq.* FACHIN. *lib.* 3. *controvers.* 24. dotis enim petitioni adhuc locus est, valido manente pacto renunciativo, nisi & doti una cum successione renunciatum fuerit. HARTM. PISTOR. *d. loc. num.* 26. (4.) Ad id quod promissio de renunciando foret sine causa respondetur ad sequentia dubia. 110.

Ad X. Respondeo (1.) negando quod quando tota dos ex paternis bonis data est, renunciatio in maternis invalida sit. Nam etsi non negetur, quod quoties sive per renunciationem, sive per statutum filia excluditur, non nisi à dotantis hæreditate exclusa videri debeat, secundum ANTON. FABR, THESSAUR. COVARR. GABR. ROMAN. & alios pro contraria sententia citatos. Tamen hoc tunc demum procedit, si pactum vel statutum simpliciter loquitur de hereditate vel Successione, quod scilicet filius accepta dote à Successione excludatur, & si non progreditur ulterius, juxta famigeratam illam doctrinam BALDI *in l.* 1. *C. de legit. hered.* & de hoc casu DD. citati expresse loquuntur, vel certè intelligendi sunt; Si verò statutum vel pactum ulterius progreditur, enumerando personas à quarum Successione exclusio fiat, filia ne dum à Successione dotantis, sed propter dotem ab uno ex nominatis habitam excluditur à Successione omnium, ita post alios multos à se citatos GABRIEL. ROMAN. *allegata conclus.* 5. *lib.* 6. *num* 3. ubi hanc communem & communiorem dicit ex CURTIO & *aliis.* Et ita etiam TESSAUR. *decis. Pedemont.* 63. *num.* 3. & *seqq.* ubi citat etiam CASTRENSEM *consf.* 91. qui dicit hanc veriorem, & ita se vidisse observari & practicari. Et ita respondit etiam MENOCH. *Consil.* 3. ubi plura videri possunt.

111.

112.

113. ſunt. Rationem aſſignat CASTRENSIS hanc ; quod intentio talis ſtatuti vel pacti ſit, ut hæc mulier ſit contenta ſua dote: & ſic deciſio hujus quæſtionis principaliter dependet ex intentione paciſcentium & ſtatuentium, quam & proinde hic probè attendi & indagari volunt DD. TESSAUR. *d. loc. in fin.* ut proinde ſi vel ex verbis vel interpretatione conſtet, paciſcentes vel ſtatuentes pro dote unâ excludere voluiſſe filiam ab hereditate plurium, eam & excluſam jure cenſeri, id quod ex tota deciſione TESSAURI, quam tamen pro ſe adducit ANTON. FABER, non minus ac ex reliquis Dd. omnibus, & etiam illis qui in contrarium inclinant, dum rationes decidendi in indagatione intentionis ſtatuentium ponunt, in hac materia evidenter patet. Et pro abſurdo adducit TESS. (*ex Laur. de Palat. num.* 14.) quod alias requireretur, quod tot dotes haberet filia, quot ſunt Perſonæ, à quarum Succeſſione illam ex-
114. cludere dotans vellet. (2.) Neque ratio ex *Fabro* adducta, quod ſcilicet renunciatio ſit in bonis maternis & fraternis, è quibus nulla dos conſtituta foret ſine cauſa, tanti momenti eſt, ut ea quæ hactenus inter DD. in his ipſis terminis certam interpretationem & deciſionem habuerunt, evertat. Negatur enim hic excluſionem eſſe ſine cauſa. Adeſt enim cauſa dotis à patre conſtitutæ: quod verò tot debeant eſſe dotes, quot excluſiones, & in ſingulis ſucceſſionibus paternis, maternis, fraternis &c. filia pluries dotanda, hoc nec *in c. quamvis. nec alibi* probatur, velut MENOCH. *ait. d. conſ.* 3. *n.* 13. hoc nec juri nec æquitati convenit, imò pro abſurdo habetur, ut dicunt TESSAUR. *d. loc.* MENOCH. *d. loc.* ANCHORANUM ita tradentem ſatis refutavit MENOCH. *d. loc. per tot.* & hanc ſententiam, quòd filia ab uno dotata, ſit à reliquarum nominatarum ſucceſſione excluſa, receptam eſſe & veram teſtatur MENOCH. *d. loc.* & ita in Senatu Pedemontano placuiſſe, referunt ADDITIONATORES *ad Teſſaur. d. loc.* & quidem ſufficeret à patre, cujus officium eſt dotare, *l. capite.* 19. *ff. de Rit. nupt.* filiam ſemel congruè dotatam & matrimonio collocatam eſſe: Ex quo ad conſervationem familiæ & agnationis hæc pacta ac ſtatuta reſpiciunt, dotata iterum dotanda non eſt, ſed ſufficit mulierem Virum pro ſua qualitate reperiſſe, necquid amplius

plius quærendi jus habet de bonis quæ ad familiæ conservationem secundum morem regionis pacto reservata, idque favore publico. MENOCH. *d. loc. num.* 25. (3.) Causa renun- 115.
ciationis ex qua scilicet pacisci solet, & de jure sustinetur pactum, non est in sola dote ponenda; sed & aliæ adsunt causæ illam inducentes, ut conservatio familiæ, favor nobilitatis publicus &c. ita *Fabro respondet* KELLENBENZ. *quæst.* 42. *num.* 28. & 43. ubi itidem rationes GAILII removet. (4.) præ- 116.
sumitur hic dos tam ex maternis quam paternis bonis constituta, tum quod pater majorem dotem constituisse videatur, quam quæ alias ex bonis paternis pro more loci constitui soleat, *l. & ideo.* 7. §. *ult. ff. de in rem vers. per not.* FABR. *d. defin.* 7. *n.* 10. tum quod renunciatio etiam in maternis facta, ut à posteriori ita concludendum censet CRAVETT. *cons.* 84. *num.* 4. *pro limit. l. fin. C. de dot. promiss.* ita tradens, quam Legem tamen Imp. Leo *Nov.* 21. in totum sustulit. (5.) Siquidem ma- 117.
tris præsentia & Consensu hic omnia peracta, negari vix poterit, perinde esse ac si dotatio ab ipsa matre, & etiam ex bonis maternis facta, præsertim cum, quantum ex narratis colligitur, hic bona paterna & materna per pacta dotalia parentum in unam massam sint redacta, *ein gesamt Guth vvorden*, secundum mores Franconicos, ut ita dos ex communi data dici mereatur. Et consensum matris, quæ vel ex sola scientia & præsentia inducitur, sufficere in pacto renunciatorio successionis, maternæ & fraternæ, illi ipsi citati DD. (in matre absente contrarium statuentes) tradunt, DAUTH. *num.* 37. & 40. COVARRUV. SERAPHIN. *cit. loc.* PISTOR. *quæst.* 6. *num.* 41. (6.) Et tandem repetitur hic, quod non versemur in terminis meræ renunciationis, & casu *c. quamvis*, sed potius in terminis pacti dispositivi inter fratres & Sorores consensu patris & matris initi. Secundum *l. fin. C. de pact.* ut suprà in fundam. penult.

Ad XI. Respondeo (1.) Verius est, quod dos congrua 118.
non debet æstimari ex quantitate legitimæ, vel ei omnino congruere, sed ex aliis circumstantiis, ut *infra in quæst.* 3. *dicetur.* (2.) Dos succedit in locum legitimæ & sustinet vicem legitimæ, in hujusmodi pactis vel statutis exclusoriis, non quoad quantitatem & formam, ut scilicet in quantitate huic correspon-

respondere debeat, (nam nihil aliud requiritur quam quod congrua sit, id quod ex more regionis & aliis circumstantiis, ex quibus dos modo major, modo minor est, variat, in quantitate legitimæ vero in legibus definitæ, certitudinem aliàs haberet) sed quoad effectum, ut scilicet effectum præstet eundem quem legitima, ut filia sicut ob legitimam sic & ob dotem à Successione excludatur, KELLENBENZ. *quæst*. 42. *num*. 36.

119. (3.) Pater non potest quidem fraudare filiam in legitima, invitam, volentem tamen & consentientem potest; patet inde; quod præteritio in testamento facta consensu filiæ dotatæ valida est, & eam à legitimæ portione excludit, BART. & ANGEL. *in l*. 1. *C. de Jur. codicill*. BOËR. *decis*. 69. *Const. Elect*. 10. *part*. 2. *& ibi* MOLLER. PANTSCHM. *quæst*. 4. *num*. 16. *lib*. 2. Neque obstat quod legitimæ supplemento renunciari nequeat, *l. si quando*. 35. §. *illud*. 1. *C. de inoffic. testam*. & propterea nec dotis: Nam respondetur, quod imò ut successioni, sic & legitimæ renunciari possit, ut dicetur *ad rationem dubitandi seq*. 12. (4.) Præsumitur quod dos sit congrua tamdiu, donec contrarium probetur, maximè cum à genero semel adprobata sit, *de quo quæst*. 3.

120. Ad XII. Respondetur (1.) Verior & Communior est sententia, quod stante renunciatione, vel pacto de renunciando, filia renuncians adeo excluditur, ut neque etiam legitimam petere possit, ita BALD. ROM. CASTRENS. ALEX. GUILIELM. BENEDICT. NATTA *& alii à* TIRAQUELLO *citati ad l. si unquam. in princ. num*. 144. *C. de revocand. donat*. & hanc communem vocat RIPA *in l*. 1. *num*. 70. *ff. de vulg. & pupill. subst*. quem refert & sequitur COVARRUV. *in cap. quamvis. p*. 3. §. 3. *num*. 3. & ibid. etiam GUTIERREZ. *in verb. omnino. nu*. 6. & idem GUTIERREZ. *de confir. jur. cap*. 19. ubi VASQUIUM arguens, hanc opinionem magis communem & veriorem esse ostendit, eamque communiter receptam esse testatur MENOCH. *cons*. 71. *num*. 24. *Vol*. 1. ROL. à VALLE *cons*. 99. *num*. 19. *vol*. 4. DECIAN. *cons*. 6. *num*. 45. *vol*. 1. SERAPHIN. *de privil. Juram.*
121. *privil*. 7. *n*. 11. deducetur hoc pluribus in *qu*. 3. (2.) Contrarium sentientes loquuntur vel certè intelligendi in tali casu, ubi successio per pactum vel renunciationem non omnino exclusa, sed ei ad-

ei adhuc locus: item: Si verba pacti vel renunciationis ejusmodi verbis concepta, ut ex iis de legitima etiam cogitatum esse nón satis appareat: Secus quando ipsa generalia, vel universalia verba ambitu suo etiam legitimam contineant, & ex propria verborum vi, etiam ad legitimam pertineant, ita respondit SERAPHIN. *privil. Juram.* 20. *n.* 17. HARTM. PISTOR. *quæst.* 6. *n.* 16. & 19. (3.) Non obstat quod ratio decidendi 122.
â præfatis, qui legitimam includunt, ponatur in speciali ratione juramenti, quod vim expressi habeat, istud vero deficiat: Nam præterquam quod & juratum hoc pactum censeri debeat ratione observantiæ, ut deductum, constat quod ratio decidendi ponenda, non sit in vi & efficacia juramenti, sed in vi & natura pacti renunciatorii vel renunciationis, quæ etiam per se considerata hoc ipso dum succedendi jus excludit etiam legitimam, ita eleganter HARTM. PISTOR. *d. qu.* 6. *n.* 18. & 19. (4.) ad allegatam *l. si quando. C. de inoff. testam.* 123.
respondet COVARRUVIAS, ibi non agi de pacto renunciationis hæreditatis, sed de securitate facta per filium, quâ caverat se legatum à patre relictum accepisse, non reservatâ petitione residui, quæ cautio à generali hæreditatis renunciatione plurimum differt; & insuper talis non est, ut inde constet filium de legitima, vel ejus supplemento, vel in genere vel in specie sensisse: & proinde malè ex isto textu etiam colligitur, quod specifica mentio legitimæ pro forma requiratur. (5.)
Et hinc etiam patet, quod male opponatur sibi invicem hereditas & legitima, quasi sint duo diversa jura, ut uni renunciando, alteri non censeatur renunciatum: habent enim se ut genus & species, seu ut totum & pars, cum legitima sit hereditatis pars vel portio: Et notentur in hoc pacto verba universalia, *Allen Vætterlichen Mütterlichen Güthern &c.* Sicut & in *c. quamvis.* dicitur. nullum ad bona regressum: quæ verba talia sunt, ut legitimam & omne jus succedendi in bonis paternis, maternis & fraternis includant. Non ergo sunt duo Effectus separati hujus renunciationis vel juramenti, sed subalterni, & effectus unus ex alio dependet, sicut nec ulla hic adest specialitas, vel quoad juramenti efficaciam, vel quoad legitimæ exclusionem consideranda, per modo dicta. 124.

125. Ad XIII. Reſpondetur (1.) quod imo filia renunciare promittens, ad renunciationem juratò faciendam obligata eſt, KELLENBENZ. *quæſt. 9. per tot.* eo ſcilicet modo, quo de jure validè fieri poteſt, *l. ſi hæres. 5. ff. de act. empt. l. ſi quando.* 109. *ff. de Legat. 1. c. ſi Papa. X. de Privileg. in 6.* vel ad renunciationem ita faciendam quomodo de conſvetudine loci interpretationem recipiunt, *l. licet.* 8. *C. loc. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de Reg. Jur. l. ſi ſervus.* 50. §. *fin. ff. de legat.* 1. *cum ſimilib.* de invalido & eluſorio actu conveniſſe nec dici nec cogitari debet, *l. ſi prætor. 75. ff. de Judic. l. 3. ff. de teſt. milit. l. quoties. ff. de reb. dub.*

126. (2.) qualis renunciatio facienda ſit, in hoc pacto exprimitur; in præſentiâ amicorum ſcilicet; datis reverſalibus, & ſecundum morem regionis, quæ vero ſecundum morem regionis fiunt, validè fiunt & tenent: Cum mos regionis in omni actu ſpectandus, & non minus validet pacta ſucceſſoria, tàm affirmativa, tam negativa, quam

127. ipſa lex vel Juramentum, *ut in fundam.* 7. (3.) Hoc ipſum pactum de renunciando per ſe habet effectum excluſivum,

128. de quo ſupra *in fundam.* 2. 3. *& pen.* (4.) Non obſtat *c. ad audientiam. quo* BOËRIUS *loco citato nititur.* Nam reſpondetur, ibi pactum & promiſſio de implendo nullius erat momenti, quod ſubjecta ratio oſtendit verbis: nam quæ vi metusvé cauſa fiunt carere debent omni robore firmitatis, noſtrum vero pactum de renunciando validum eſſe, ſupra deductum eſt. Pariter & allegatum *c. commiſſum.* nihil huc facit, ubi juramento ſponſalia de præſenti contrahens, deſerere matrimonium, & vitam monaſticam eligere non prohibetur. Nam ex jure Can. id tacitè in pacto ſponſaliorum exceptum & reſervatum (utut male) cenſetur, ut patet *ex c. 2. & c. ex publico. X. de converſ. conjug.* ubi PANORMIT. quod nihil ad hanc materiam pertinet, in allegata *l. in numerationibus.* Locatio in rei veritate facta fuit, & ſic hæres, quantum in ſe fuit, voluntati teſtatoris ſatisfecit, id quod & filia hic facere conſequenter tenebitur, de aliorum facto extrinſeco non eſt quæſtio.

129. Ad XIV. Reſpondeo, imò renunciationes eſſe ex numero favorabilium, non odioſorum, magis enim hic perpenden-

dendum quod reſpectu boni publici, & conſervationis familiarum favorabiles ſint, quam quod in perſona fœminarum videantur odioſe, cum publicum prævaleat privato, ALBERT. BRUN. *de ſtat. fæm. art.* 4. *n.* 6. magis communem aſſerens. CAMPEG. *Super eod. ſtat. quæſt.* 29. MAGON. *deciſ. Florent.* 106. *n.* 10. MUSCUL. *de ſucceſſ. convent. & anom. memb.* 2. *claſſ.* 1. *concluſ.* 4. *n.* 106. *& ſeqq.* ubi alias rationes habet. Et hinc in dubio accipiendam eſſe interpretationem, quæ facit renunciationem valere, VULTEI. *conſ. Marpurg.* 17. *n.* 109. *Vol.* 1. citans ad id *l.* 3. *ff. de minor.* DEC. *in l. contrahenda. ff. de Reg. Jur.* ALCIAT. *de Præſumt. reg.* 3. *præſumt.* 34. CEPHAL. *conſil.* 308. *Vol.* 3. *& conſ.* 467. *n.* 30. *Vol.* 4. imò & eam in favorem agnatorum extendendam, MAGON. *d. deciſ.* 105. *n.* 10. KNICHEN. *de pact. inveſt. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 13. & hanc ſententiam magis communem aſſerit CAMPEG. *d. l.* 130.

Quæſtionis II. Rationes dubitandi.

IN hac ſecunda quæſtione pro genero & filia facere videntur.

I. Quod ex pacto de renunciando ante veram & actualem renunciationem ſubſecutam nihil cenſeatur perfectum vel abſolutum, & ex defectu actualis & formalis renunciationis, nulla adſit obligatio, per ea quæ *ſupra in rat. dubit.* 1. 2. 3. *dict.* & proinde cum tempore delatæ hæreditatis maternæ nondum renunciaverit filia actu, ei non poſſit opponi renunciationis effectus, excluſio ſcilicet ab hereditate materna: Et 131.

II. Cum caſus mortis ante renunciationem intervenerit, eò facilius pœnitentiæ locus, propterea quod in omni contractu inſit conditio Rebus ita ſtantibus, *l. fin. ff. qui ſatiſd. cog. l. fin. ff. ad Municip. l. quod Servius.* 8. *ff. de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſec.* PACIAN. *conſ.* 132. *num.* 13. *& ſeqq.* Sicut & ipſum Juramentum intelligi debere, rebus ita ſtantibus, apparet ex *c. quemadmodum. X. de jurejur.* cum ad incognita non ſit extendendum pactum, *d. l. fin. qui ſatiſd. cog. l. fin. ff.* 132.

ad Municipal. & in specie in pacto de renunciatione futura, quod ei hæc insit conditio; Rebus in eodem statu manentibus, dicunt MYNSING. *respons.* 37. *num.* 16. GÆDD. *consil. Marpurg.* 27. *n.* 61. *Vol.* 1. Rebus verò in alium statum mutatis, e-
133. vanescit pactum sicut & juramentum, *d. l. fin. l. cum quis. in prin. ff. de solut. l. Mævia nepotem. §. uxore. ff. de ann. leg. l. in confirmando. cum l. seq. ff. de confir. tut.* MYNSING. ET GÆDD. *d. loc.* & censendum hic quod filia, si casum istum, subitaneam scilicet matris mortem, prævidisset, pactum hoc in totum intermisisset, vel saltem succedendi jus in bonis maternis sibi reservasset. In pactis & stipulationibus omnes isti casus reservati habentur, quos partes verisimiliter excepissent, si de iis cogitassent. *l. tale pactum.* 40. §. *fin.* & *ibi* GLOSS. ET DD. *ff. de pact. l. Titius.* 25. §. *Lucius.* 1. *ff. de lib. & posthum.* RICC. *de union. prol. cap. 6. in fin.*

134. III. Et hinc si filia, etiam facta renunciatione, fuerit mortua ante patrem vel matrem, renunciationem ejus liberis nocere, communius placuit per dictam rationem: quod ob obitum filiæ renunciantis res in alium statum deducta, MARANTA *disp.* 10. *per tot.* WESENBEC. *consil.* 11. *n.* 14. *Vol.* 1. GAIL. *lib.* 2. *observ.* 147. GRASSUS *thes. comm. opin. lib.* 1. *cap.* 10. *quæst.* 5. WILLALOB. *comm. opin. Verb. Filia renuncians. num.* 151. ut proinde idem dicendum videatur in casu converso, si scilicet mater, cui renunciatio vel potius pactum saltem de renunciando factum, ante filiam obierit, tum ad identitatem rationis, tum ex natura correlativorum & conversionis casuum per tot. EVERHARD. *in loc. à ratione cas. conv. item correlativ.*

135. IV. Matre mortuâ res ad eum statum pervenit, à quo incipere non potuit, *argum. l. post finitam.* 11. *ff. de suspect. tut. l. si servus.* 2. *ff. de custod. reor.* DYN. *ad c. factum legitime. n.* 4. 5. 6. *X. de Regul. Jur. in 6.* & facit hic exemplum, quod si stipulatus sim servitutem prædio meo, & antequam constituatur, alienem prædium, vel partem ejus pro indiviso, corrumpitur stipulatio, *l. pro parte.* 11. *ff. de servitut. l. si sub una,* 136. §. *si quis viam.* 1. *ff. de verb. obligat.* non verò valet nec effectum habet pactum renunciativum inter patrem & filiam de hæreditate matris mortuæ, etiamsi juramento vallatum

tum fuerit. PRUCKMAN. *conf.* 48. *num.* 226. *vol.* 1. perinde ac ne de hæreditate matris abſentis, DAUTH. *num.* 37. *ſuprà in dubit. ratione* 10.

V. Et deficit hic perſona, quæ renunciationem hæreditatis maternæ recipiat. Hæreditatis enim maternæ renunciatio matri facienda, ſicut paternæ patri facienda pacta fuit: quod verba pactorum dotalium ſatis indicant, dum literæ reverſales tradi jubentur patri, matri, & fratribus; ut ſic filia ad renunciationem bonorum maternorum alii quam ipſi matri faciendam cogi non poſſit ultra verba pactorum, quæ ſtrictè in hac renunciationis materia, utpote odioſa, intelligi debent, *ut dict. ſuprà in rat. dubit. fin.* ut renunciatio quæ in perſonam certam concepta ſit, cum perſonâ intereat per not. DYN. *in c. privilegium. X. de Reg. Jur. in 6.* 135.

VI. Cum mater in vita renunciationem actualem poſt tantum temporis intervallum, biennii ſcilicet lapſum, à tempore contractarum nuptiarum non exegerit, remiſiſſe cenſetur: Lapſus temporis tacitam renunciationem inducit, *l. ſi quis inſtituatur.* 23. §. *item.* 2. *ff. de heredibus inſtit.* quæ præſumtio juvatur ex affectu materno, qui erga filias major, quam erga filios. *arg. l. Publius. ff. de Cond. & Demonſtr. Auth. hoc amplius. C. de fideicommiſſ.* TIBER. DECIAN. *conſ.* 46. *num.* 66. *volum.* 2. exigere ergò renunciationem nequeunt fratres, quia hæres non admittitur ad petendum id, quod per defunctum fuit remiſſum, BURSAT. *conſ.* 23. *num.* 3. *vol.* 1. JOSEPH. LUDOV. *concluſ.* 16. *num.* 36. 137.

VII. Ex copia pactorum dotalium non apparet expreſsè, quod ipſa mater vel pactum filiæ de renunciando in vita acceptaverit, vel patri paciſcenti conſenſerit, ut proinde tam in perſonâ quam in bonis matris pactum, vel ejus effectus defecerit, per ea quæ ſupra in rat. dubit. ut per conſequens ipſa mater actionem vel jus agendi ex pacto ad hæredes transmittere non potuerit, cum quod defunctus non habuit, ad alium vel ad hæredem transmittere nequit, *l. nemo plus,* 54. *ff. de R. Jur. cap. nemo poteſt. X. de R. I. in 6.* 138.

Rationes decidendi. II^{dæ} Quæst.

VErum his & ſimilibus rationibus non obſtantibus omnino tenendum & decidendum eſt, filiam & generum ex pacto hoc renunciatorio efficaciter teneri, & ob ſupervenientem caſum mortis maternæ ab iſtius vinculo neutiquam liberari poſſe; Nam

I. Cum ex adductis rationibus decidendi in primâ quæ-
139. ſtione appareat, pactum hoc de renunciando eſſe validum & inducere obligationem ad renunciandum, vel intereſſe præſtandum, indeque tam actionem quàm exceptionem, & imò effectum renunciationis importare; ſatis inde conſtat filiam per obitum matris, ab obligatione & effectu hujus pacti non liberari. Continet enim hæc conventio & obligatio commodum pecuniarium, & propterea ad hæredes tranſitoria eſt, ſecund. *l. ex contractibus.* 49. *l. in honorariis.* 35. *ff. de Oblig. & Act. princ. Inſt. de perpet. & temp. act. l. veteris.* 13. *l. fin. C.*
140. *de contrah. & comm. ſtipulat.* Sunt enim contractus ab initio voluntatis, poſt neceſſitatis, *l. in commodato.* 17. §. *ſicut.* 3. *ff. commod. l. ſicut.* 5. *C. de obl. & act.* Et ex iis tam paciſcenti quam ejus hæredibus protinus acquiritur jus, quod ipſis invitis auferri nequeat, ſicut & in dubio omnia pacta ſunt realia, & quilibet tam ſibi quam ſuis hæredibus paciſci cenſetur, *l. Juris Gentium.* 7. §. *pactorum.* 8. *l. tale pactum.* 40. *ff. de pact.* Non
141. enim ex perſona hæredum mutatur obligatio, *l. ſtipulationum.* 2. §. *ex his.* 2. *ff. de V. oblig. l. cum quis decedens.* 37. §. *codicillis.* 5. *ubi* BART. *num.* 10. *ff. de legat.* 3. MANDOSA. *de monit. quæſt.* 24. *num.* 3. GUID. PAP. *deciſ.* 414. Juris eſt manifeſti, ea quæ ab initio legitime facta ſunt, ex ſuperveniente caſu non annullari, *l. qui furere.* 20. *& ibi* BART. *ff. de Stat. hom. l. in eo.* 2. *l. qui in poteſtate.* 6. §. *ſurdus.* 1. *ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. nec enim.* 2. *ff. de itin. actuque priv. l. ſancimus. C. de adminiſtr. tut. c. diſcretionem. X. de eo qui cogn. conſangu. uxor. c. Factum legitigimè. X. de Reg. Jur. in* 6. *l. ſicut.* 5. *C. de obl. & act.* effectus enim ſemel inductus, durat, PARIS. *conſ.* 32. *n.* 95. *vol.* 1.

II. Du-

II. Durat hîc renunciationis causa, quæ consistit in favore fratrum ob conservationem & dignitatem familiæ. Nota est communis Dd. traditio, quod licet non adjectum fuerit renunciationem in agnatorum favorem factam, vel faciendam pacisci, tamen extantibus fratribus hi semper causam dedisse intelligantur, *arg. l. quod Servius.* 8. *ff. de cond. caus. dat. caus. non sec. l. qui filiabus.* 17. *ff. de legat.* 1. ALEXAND. *cons.* 20. *num.* 6. *Vol.* 1. & *cons.* 101. *num.* 13. & *cons.* 29. *num.* 5. *Vol.* 3. COVARRUV. *ad c. quamvis. part.* 3. *relect.* §. 3. *num.* 4. MARANTA. *disput.* 10. *num.* 15. 142.

Sicut causa pacti cessante cessat effectus, sic ea durante, durat effectus, ut scribit LAURENT. DE PRUN. *cons.* 113. PARIS. *cons.* 69. *num.* 45. *Vol.* 3. CORN. *cons.* 29. *n.* 8. *Vol.* 4. facit *l. adigere.* 6. §. *quamvis. ff. de Jur. Patron.* HARTMAN. PISTOR. *quæst.* 6. *num.* 50. ubi tenet quod renunciatio in favorem filiorum facta, durante eâdem renunciationis & favoris causa in nepotibus filiorum durare renunciationis effectum, de quo latius MENOCH. *cons.* 197. *num.* 74. KELLENBENZ. *quæst.* 39. *num.* 4. in omnibus enim dispositionibus quoties filia ob favorem alterius ab aliquo commodo excluditur, durante favoris ratione durat exclusio, BART. *in l. liberorum. n.* 12. & 16. *ff. de verb. signif.* 143.

III. Et ita in terminis pacti de renunciando, quod patre ante subsecutam renunciationem mortuo, filia fratribus heredibus patris ex pacto isto sit & maneat obligata, tenet KELLENBENZ. *quæst.* 10. *per tot.* & in causa illa controversa, de qua supra in rationibus decidendi *Wangenheim* contra *Wangenheim*, pariter iste casus evenerat, quod parens ante actualem subsecutam renunciationem mortuus fuerat, & contra filiam nihilominus in sententiis ibidem memoratis pronunciatum. 144.

IV. Repetendum hic, quod pactum potius cum fratribus consensu patris & matris initum sit, quam renunciatio in manibus parentum facienda pacta, ut *in ratione decidendi ultima* ostensum, & proinde per obitum matris, quæ consensum pacto semel præstitum in vita non revocaverit, sed in illa ad mortem usque acquieverit, pactum hoc compro- 145.

probaſſe potius quam infirmaſſe dici debeat, ſecundum terminos *l. fin. C. de Pact.*

146. V. Mora ſua cuilibet nociva eſt, *l. quod te.* 5. *ff. de reb. credit. l. ſi ſervum.* 91. §. *fin. ff. de Verb. Oblig. l. in condemnatione.* 173. §. *unicuiq.* 2. *ff. de Reg. Jur. c. mora. de Reg. Jur. in* 6. non lucrativa; quia mora culpa eſt, imò dolus & delictum, *l. dolus.* 44. *l. hominem certum.* 37. *in fin. ff. mandat. l. non poteſt dolo.* 109. *de Regul. Jur.* GOEDD. *Conſ. Marpurg.* 24. *num.* 240. *Vol.* 1. Ex ſuo autem delicto nemo ſentire debet lucrum, jam vero ex literis mutuis, quarum copia transmiſſa, ſatis expreſsè conſtat, generum in mora fuiſſe, quo minus dos realiter ſtatuto tempore numerata, & ſimul atque uno actu renunciatio intervenerit: Fuit enim in morâ aſſecurandi dotem & conſtituendi dotalitium: In mora fuit tum ratione implementi, ex ſua parte non ſecuti, tum ratione pacti, in certum diem concepti, tum ratione interpellationis, de qua teſtantur præfatæ literæ.
147. E contra parens & fratres non poſſunt dici fuiſſe in morâ: Siquidem mora illi imputari nequit, qui quid non fecit, ſi prius per partem alteram aliquid quod impleretur reſtabat, *l. qui pendentem.* 25. *ff. de act. emt.* NATTA *conſ.* 451. *num.* 35. PRUCKMAN. *conſ.* 21. *num.* 69. *Vol.* 2. & imputari non debet ei per quem non ſtat, ſi non faciat quod per eam fuerat faciendum. *cap. imputari. X. de Reg. Jur. in* 6. *l. quæ ſub conditione.* 8. §. *quoties.* 6. *ff. de condit. inſtit.* & cum non ſtet per eum ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur, haberi debet perinde ac ſi impleta fuiſſet, *cap. cum non ſtetit. X. de Reg. Jur. in* 6. *ubi* DYNUS.

Atque ex his ut & illis, quæ in prima quæſtione allata ſunt, ad ea quæ in contrarium moventur, facile reſponderi poteſt; Nam

148. Ad I. Reſponſum eſt ſupra *in quæſt.* 1. *in reſolutione contrariorum* 2. 3. *&* 4. Licet enim nondum adſit formalis renunciatio, tamen pactum adeſt, cujus effectus ex jure certo conſtat, & licet filia per hoc pactum non ſit ipſo jure excluſa, repelli tamen poteſt per exceptionem pacti vel doli, ſi ſe admitti petit, vel per actionem ſi in hæreditatis poſſeſſionem venerit, ut ſupra oſtenſum *ad* 2. *&* 3.

Ad II.

Ad II. & III. Reſpondeo (1.) Clauſula illa ſubintellecta : 149.
Rebus ſic ſtantibus : tunc operatur, quando res in alium ſtatum deducta eſt; tunc vero in alium ſtatum deducta cenſeri non debet, nec poteſt, ubi eadem manet ratio, eadem cauſa : imò ubi res ad eventum prævisum & effectum pervenit, ut hic per caſum mortis. (2.) Argumentum ex clauſula iſta de durante ſtatu, item de ſi- 150.
mili & tacita reſervatione locum habet in obligationib⁹, quæ tractum temporis habent, & in futurum extenſæ ſunt, item de iis ſolummodo caſib⁹ procedit, qui interim antequam obligatio (ut quæ in diem vel conditionem concepta) exiſtit, incidunt & eveniunt : ubi verò obligatio ſemel exiſtentiam & robur ſuum accepit, ſic ut hic pactum de præſenti obligationem & jus agendi atque excipiendi produxiſſe demonſtratum, jus inde ſtipulanti acquiritur, quod nulla caſuum varietate, vel immutari vel tolli poteſt, KELLENBENTZ. *quæſt.* 20. *num.* 8. (3.) Et hinc etiam 151.
patet, quare filia ante patrem decedente pactum renunciativum evaneſcat, nec nepotes obliget, ſecundum Dd. allegatos, quia ſecundum eosdem (nam alii ut in deciſione iſtius quæſtionis, ita & in hac decidendi ratione diſſentiunt & renunciationem pro pura atque præciſa, quæ etiam nepotes teneat, habendam diſputant) renunciatio præſtationem non puram ſed conditionalem habet, ſi ſucceſſio filiæ delata fuerit. MARANT. *diſput.* 10. *num.* 13. KELLENBENTZ. *quæſt.* 33. *n.* 17. *& ſeqq.* HARTM. PISTOR. *part.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 2. qui ibidem hanc quæſtionem plenè tractant, hac ergo conditione in vita filiæ non impleta deficere dicunt renunciationem. At talis conditio in hoc noſtro caſu non poteſt ſubintellecta dici, quæ renunciationem deficere faciat. Cum imo hic ipſe obitus matris in vita filiæ accidit, implementum & robur addat renunciationi, cum ſit ipſe caſus in quem renunciatio facienda pacta fuerit ; ex quo diverſitas inter caſum mortis ex parte matris, & ex parte filiæ per ſe patet, & proinde nec ex identitatis ratione, nec ex caſus converſione, nec ex natura Correlativorum, procedat illatio, ob rationis diverſitatem, quæ ejusmodi illationes ceſſare facit, ſecundum EVERHARD. *loc. cit.* (4.) Mater non ſtatim poſt confeſſionem pactorum 152.
dotalium, ſed biennio poſt, è vivis exceſſit, ut ſic caſus in-

P opi-

opinatus, vel mors ſubitanea allegari hic nequeat. Nec talis hic caſus eſt, qui prævideri non potuerit, vel de quo filia tempore pacti non cogitarit. Mors enim certa eſt, incerta dies & hora, *l. legatis.* 1. §. 1. *&* 2. *ff. de condit. & demonſtr.* THOMAS MORUS *apud Bzovium tom.* 19. *Annal. Eccleſ. fol.* 867. *in fin.* AMBROS. de VIGNATE *de Uſuris.* §. *Saluhriter. num.* 242. ZESCHLIN. *de Tutel. Electorali. cap.* 3. *num.*
153. 35. Et imo etiamſi mater vel illicò à tempore pacti obiiſſet, nihilominus tamen filia ex pacto obligata manſiſſet, per ea quæ eleganter tradit KELLENBENTZ. *quæſt.* 40. *num.* 2. *& ſeqq.* Caſualia in obligationem paciſcendo cogitare debuit, quod poterat evenire, *l. indebiti.* 15. *ff. de cond. indeb. l. ſi quis domum.* 9. §. *Julianus.* 2. *ff. locat.* DYN. *in c. mora. in fin. X. de Reg. Jur. in* 6.

154. Ad IV. Reſpondeo (1.) negando hic Pactum de hereditate matris vel abſentis vel mortuæ: Fuit enim mater tempore pacti adhuc in vivis, de cujus præſentia & ſcientia & conſenſu dubitandum non eſt. (2.) Regula alia eſt: Non tollit factum, quod impedit faciendum, *l. ſi ſervum.* 71. §. *fin. ff. de acquir. vel amitt. hered. l. in ambiguis.* 85. §. *non eſt novum.* 1. *ff. de Reg. Jur.* & factum legitime retractari non debet, licet caſus poſtea eveniat, à quo non potuit inchoari, *c. factum legititimè. X. de R. Jur. in* 6. ubi ergo res ſemel ſuam perfectionem & robur accepit, caſus ſuperveniens, etiamſi talis eſſet, qui ab initio impediret, non nocet, *l. patre furioſo.* 8. *ff. de his qui ſui vel alien. Jur. l. is cui.* 18. *ff. qui teſtam. fac. poſſ.* quæ enim ſemel placuerunt non poſſunt amplius retractari, & jus quod per pactum ſemel eſt remiſſum, atque extinctum, non poteſt per obitum matris reviviſci vel producere effectum, *l. inter ſtipulantem.* 83. *ff. de V. oblig. l. qui res.* 98. §. *aream.* 8. *ff. de Solution. & liberation.* (3.) Adducta regula la contraria locum habet in negociis inchoatis & non perfectis, DYN. *in d. c. factum legitime. num.* 7. Hic vero pactum de renunciando in ſe habere ſuam perfectitudinem & obligationem ſupra oſtenſum.

155. Nec obſtat allegatum exemplum de promiſſione ſervitutis conſtituendæ, quod expiret alienato ante conſtitutionem fun-

fundo vel prædio: quia id dependet ex naturâ servitutis speciali, quæ prædio constituta est, & prædio sive fundo inhæret, & nemo potest acquirere servitutem vel urbani vel rustici prædii, nec debere, nisi qui habet prædium, *l. ædificia.* 1. *ff. commun. præd.* WESENBEC. *princ. Inst. de Servitut.* natura servitutum est ut per se non possint possideri; sed intelligatur possidere is qui prædium habet, *l. si ædes.* 32. *de servit. urb. prædior.*

Ad V. Respondetur; Instrumentum dotale ostendit quod pactum renunciationis conceptum sit in rem, & omnem succedendi modum præcludat; Et constat quod non in favorem matris sed fratrum, & in conservationem familiæ sit factum, atque ad heredes transitorium sit, & etiam hæredibus renunciatio præstari possit & debeat, ut *in ratione decidendi* 1, 2, 3. 5. *hujus quæstionis* 2. DEDUCTUM ET PRÆJUDICIIS *in ratione decid. antepen. quæst.* 1. *adductis firmatum.* 156.

Ad VI. Remissio juris quæsiti præsertim ob favorem familiæ non est præsumenda, SCHRADER. *cons.* 39 *num.* 73. remissio est facti, facta non præsumuntur, *l. in bello.* 12. § *facta.* 2. *ff. de captiv. & postlim. revers. c. cum in jure. X. de offic. deleg.* Voluntas seu obligatio & consensus prior tamdiu durare præsumitur, donec mutata probetur, mutatio non præsumitur, sed potius interpretatio actus fieri debet, quod non voluerit quis à prioribus recedere, *l. si filius.* 8. *l. cum qui voluntatem.* 22. *ff. de Probat. l. sive possidetis.* 17. *C eod. l. cum hic status.* 32. *ff. de don. int. Vir. & Ux. c. majoris. X. de baptism.* hinc illud quod tempus non sit modus tollendi obligationem vel finiendi, *l. si certis annis.* 28. *ff. de Pact. l. nemo potest.* 55. *ff. de legat.* 1. *l. obligationum.* 44. §. 1. *ff. de O. & A.* Et proinde ex biennio non potest colligi remissio promissæ renunciationis tacita, non minus ac remissio juris agendi vel excipiendi induci vel allegari potest ex cursu biennii, cum jus ex pacto semel quæsitum duret, nec silentio amittatur, nisi tempore à legibus præscripto, vel à Judice ad agendum præfinito, quomodo in Contrarium allata sunt intelligenda, DYN. *ad c. indultum. num.* 12. *X. de R. J. in* 6. *per l. ab accusatione.* §. *destitiss. ff. ad SC. Turpil. l. si ea. C. qui accus. non poss.* & hinc

157.

158.

in casu contradictorio, de quo supra *in quæst.* 1. *in rat. decid. antepen.* non obstante quod in actis allegabatur silentium patris decennale, intra quod renunciationem pactam (etiam post solutam diem) non exegerit, tamen contra filiam pro-
159. nunciatum fuit in sententiis ad acta. Præsumtio ex favore sexus fæminei tollitur alia præsumtione ex favore familiæ desumta, qui scopus pactorum renunciativorum primarius, & præsumtionem validiorem inducit & prævalet, *l. fin. ff. quod met. caus. l. si defunctus.* 10. *C. arbitr. tutel. l. Divus. ff. de in integr. rest.* MENOCH. *lib.* 1. *de præsumpt. quæst.* 30. & ea etiam conjectura efficacior est per quam actus sustinetur, ALCIAT. *de Præsumt. reg.* 3. *præsumt.* 34. & nemo intelligitur eligere viam & suppeditare modum actus à se gestos impugnandi, CACHERAN. *decis. Pedemont.* 76. *num.* 9. ALCIAT. *d. regul.* 3. *Præsumt.* 35. Præsumtiones plures tollunt unam. AUTH. *ita-*
160. *que. C. commun. de Success.* Præterea ex ista taciturnitate matris potius confirmatum fuit pactum renunciativum, ex eo quod in suo consensu perstiterit, nec ante obitum revocaverit, secund. terminos. *l. fin. C. de pact.* in quibus nos hic versari supra ostensum. Et tandem constat hic de causa, ob quam renunciatio actualiter non subsecuta, videlicet ob moram generi in assecuranda dote, & constituendo dotalitio, quæ præsumtionem vel opinionem remittendi omnino excludit.

161. Ad VII. Responsum est suprà in *quæst.* 1. *ad dub.* 11. Negari enim non potest præsentia & scientia matris, quæ consensum inducit: Uxor marito cohabitans facta ejus scire præsumitur. CRAVET. *Cons.* 123. *num.* 1. ROL. à VALLE *cons.* 19. *num.* 38. *Vol.* 1.

Quæstio III.

162. IN hoc articulo qualis inter DD. veteres pugnantia sit, patet ex GABR. *lib.* 3. *de jure dot. conclus.* 7. unde de difficultate hujus quæstionis complures conquesti, quos recenset CAROL. ANTON. PUTEUS *Consilio quod habetur post Consilia Sfort. Oddi num.* 53. Alii eò devenere, ut quæstionem hanc pro amico

esse

esse asserere non dubitarint, ZAS. *in l. stipulatio hoc modo. num. 39. ff. de V. Obl.* & ex ipso DAUTH. *ad c. quamvis. n.* 92. Quadruplicem læsionem fecit VASQUIUS *de success. resol. lib. 3. ad l. si quando. §. illud. n.* 40. *C. de inoffic. testam.* alii inter læsionem enormem, enormiorem & enormissimam distinguunt: Alii inter personam majoris & minoris: Alii tàm in enormi quàm enormissima, & tàm in majore quàm in minore rescissionem concedunt, ANTON. DE BUTR. ABBAS, ARETIN. JASON, ALEXAND. DEC. CORN. citati à GABRIEL. *de Jur. dot. conclus.* 1. *n.* 8. & ultra hos NEVIZAN. *cons.* 22. CRAVET. *cons.* 142. *num.* 21. BEROJUS *cons.* 50. *num.* 26. ROLAND. à VALLE *cons.* 7. *num.* 43. *& cons.* 96. *num.* 53. *Vol.* 3. COVARRUV. *in c. quamvis. p.* 3. §. 4. *num.* 5. *&* 6. MENOCH. *de A. I. Q. cas.* 149. *n.* 15. *& cons.* 401. *num.* 168. *&* 214. late CEPHAL. *cons.* 34. *& cons.* 142. *& cons.* 205. *&* 208. PANCIROL. *cons.* 6. *&* 44. *num.* 2. CAMILL. BORELL. *cons.* 4. *per tot.* MOLINA *de primogen. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 18. SERAPHIN. DE SERAPHIN. *de privil. Juram. privil.* 2. *num.* 13. FACHIN. *lib.* 8. *controvers. cap.* 69. *num.* 6. GAIL. *lib.* 2. *obs.* 147. MYNSING. 5. *obs.* 69. Et hi vicissim inter se non conveniunt de definitione & modo læsionis, quæ scilicet sit e- 163.
Allermaſſen nun jeztgemelter Anno 1648. *gethaner Verſpruch der Vätterlichen Erbſchafft* actualiter *und* Solenniter *zu* renunciiren, *vor eine, gleich damalen vvürcklich gethane* Renunciation (in quantum de Damnô ſeu Præjudiciô Dominæ Mariæ Barbaræ de S. quæritur) *zu halten und anzuſehen*; *alſo iſt hiebey ferner vvol in obacht zu nehmen, daß, nachdeme* Anno 1654. *ſie Frau von S. auch* actu *und* realiter renunciirt, *und, daß ſie ſich deren, für ſich, auch ihre Erben und Erbnehmen, gänz-*

lich und unvviderrufflich begeben, auch vveiters nichts, als einig und allein die Succeſſionem exTeſtamento reſervirt *haben vvolle;* diſertiſſimè *ſich erklæret, dieſe alſo errichtete vvürckliche* Renunciatio *durchaus* ex iſta antecedanea Promiſſione de Renunciando, *und mithin in allvveg auch zu ihrem* Favor, *Vorſtand, und dergeſtalten, zu* interpretiren, *daß dieſelbe* nullatenus pro aliqua Paternæ Hæreditatis, jam antea delatæ, Repudiatione, ſeu Abdicatione; (*maſſen unten mit mehrern* remonſtrirt *vverden ſolle*) *ſondern vielmehr* pro verâ Promiſſi ſeu Pacti de renunciando, modo exàminati, Executione ſeu Implemento *beſtændig zu halten.* Ut in terminis, quod ajunt, terminantibus decidit Carolus Molinæus, *d. conſ.* 55. *num.* 5. ibi: Nec debet inſpici forma ſubſecutæ Renunciationis, quæ nihil aliud eſt, quam executio & confirmatio præfati Pacti de non ſuccedendo. &c. Johann. Gœddæus, *in Conſ. Marpurg. vol.* 1. *conſ.* 27. *num.* 193. ubi vide. Tralatitium namque eſt, quod Actus ſubſequens, in conſequentiam & executionem tractatus præcedentis, factus cenſendus ſit, quandocunque non alia (ut in propoſito) certior cauſa exprimitur. *per l.* 6. §. 4. *d. acqu. vel om. hæred. l.* 13. §. *fin. d. uſurpat. & uſucap.* Alciat. *tr. d. præſumt. Reg.* 2. *præſ.* 24. Menoch. *d. præſumt. lib.* 2. *præſumt.* 74. *num.* 3. *& lib.* 3. *præſumt.* 49. *num.* 4. Maſcard. *d. probat. concl.* 619. *n.* 2. *& concl.* 1239. *num.* 8. Surd. *Deciſ.* 325. *num.* 7. Rota Romana, apud Farinac. *Deciſ. Recentior. part.* 1. *Dec.* 454. *num.* 3. & *P.* 2. *Dec.* 615. *n.* 2. Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. lit. A. concl.* 152. *n.* 1. poſt plures, Barboſa Locupl. *axiom. lib.* 1. *cap.* 26. *axiom.* 32. Joh. Otto Tabor. *Relat. Argentor.* 103. *num.* 5. *verſ. Non enim.* Addatur omninò *Flaminius Pariſius*, qui dicit, Actum præſumi factum ad executionem præcedentis Diſpoſitionis, & ex cauſa præcedenti, & ob cauſam neceſſariam. *tract. de confident. beneficial. q.* 36. *num.* 37. ubi plures ad hoc textus & autoritates accumulat. Guidus Ubaldus Vannozius, *in conſ.* quod exhibet Andreol. poſt *part.* 2. *controv. forenſ. num.* 6. *ubi* ſcribit, quod ſemper Actus, qui fit in alterius executionem, retineat qualitates & conditiones primi actus, & quod ille primus actus, tanquam Cauſa, origo & principium ſecundi ſpectari debeat.

Præ-

Præsupposito vero hoc, *daß die* Anno 1654. *nachgefolgte verbindliche* Obligation, *an die Vätterliche Erbschafft*, *ausser diesem allein*, *vvann* per Testamentum *etvvas solte verschafft vverden*, *nichts vveiters zu suchen*, *anders nichts seye*, *als eine* Executio, implementum *und vollziehung deß allbereit vorher*, Anno 1648. *gethanen Verspruchs*, *der Vätterlichen Erbschafft in das künfftige vvürcklich zu* renunciiren: *So ist nunmehr*, *für das andere*, *hiebey ferner zu bedencken*, *daß von dieser*, dicto Anno, *vvürcklich hernach gefolgter* Renunciation, *das alles* prædicire; *vvas für* prædicata de illa præambula, tum temporis adhuc subsecuturæ & faciendæ Renunciationis Promissione, *auß dero* verbali & diserto tenore *hergenommen vverden kœnnen*.

Si enim contractus, vel aliud Negotium per verba de futuro fiat, & posteà partes, in executionem illius Contractus alium ineant contractum, tunc DDres concorditer hunc secundum contractum ab illo primo, in cujus executionem hic factus est, ita regulari dicunt, ut Secundus à Primo declarationem accipiat; Rota Romana, apud Farinacium, *Dec. recentior. part.* 2. *Dec.* 365. *num.* 1. *in fin.* Alexand. *lib.* 6. *cons.* 156. *per tot.* Tusch. *d. lit. A. concl.* 130. *num.* 1. Paulus Fuscus, *in Singularit. Jur. voc. Actus. num.* 25.

In tantum, ut idem sit, licet Actus secundus ex intervallo subsequatur; talesque actus vel contractus semper ad concordiam reduci debeant. Cardinal. Tuschus, *cit. loc. n.* 2. Barbosa, *d. axiom.* 32. *& seq. ax. in fin.* Tiber. Decian. *vol.* 1. *cons.* 41. *num.* 106. Herm. Vultej. *in cons. Marpurg. vol.* 4. *cons.* 12. *num.* 21.

Wann vvir nun mehr besagten, Anno 1648. *bey der seeligen Frauen von S. Vermæhlung auffgerichteten* Interims Recessus, *vvie nicht vveniger deß*, Anno 1654. *hernach gefolgten vvürcklichen Verzüchts* literalem tenorem examiniren: *So ist in demselben nicht alleine ein* tacitum & benigne præsumendum; *sondern gar auch in dem Ersten ein* specificum Pactum, paternæ, ab ipsa, Juris intellectu, & inspecto effectu, jam tum renunciatæ, Hæreditatis reservativum; sive tale, per quod ipsa, in casum extincti Stemmatis Masculini, ad hanc

sui

ſui Patris Hæreditatem, Regreſſum, ſibi, ſuisque Hæredibus, diſertè ſatis reſervavit, *enthalten.*

Ein ſolch tacitum Pactum Succeſſionis reſervativum, *daß in dieſem* Receſs *enthalten ſeye, iſt durchaus nicht zu zvveifeln; in anſehung deſſen, daß austrucklich in dem Erſten,* de Anno 1648. ad interim *errichteten Verzüchts*-Receſs *gemeldet vvird; daß von ihr, als damaliger* Sponſa NB. der gevvohnliche, im Lande zu Francken, unter der Freyen Reichs-Ritterſchafft üblich hergebrachte Verzücht *folgen ſolle. Wie ingleichen auch in dem*, Anno 1654. *hernach gefolgtem vvürcklichen Verzüchts*-Receſs expreſſe *geſagt vvird: daß ſie ſich* NB. nach gevvohnlichen Gebrauch deſs Landes in Franken, *auch* Herkommen *deß* Geſchlechts *der Rüden*, *alles Vätterlichen Erbes verzeyhen ſolle.* Et in verbis ſequentibus; *daß ſie NB. in Betrachtung deß Adelichen* Gebrauchs und ihres Geſchlehts Herkommens, *hiemit* renunciire.

Sicut vero tota dies docet, quod moribus Germanorum, non minus ac in aliis provinciis & regnis, non ſaltem in primæ Nobilitatis, quales nempe ſunt Reges, Electores & Principes; de quibus Nicol. Everhard. *junior. vol. 2. conſ. 25. n.* 23. Modeſtin. Piſtoris, *lib. 2. conſ. 51. ad fin.* ſed & Comitum, Baronum & Nobilium Familiis receptiſſimum ſit, ut Filiæ, in favorem Fratrum, & ad conſervandam agnationem, Succeſſione & Bonis Parentum (ſine Bonis namque ſive opibus Agnationis ſplendorem conſervari haud poſſe, res loquitur ipſa, & prolixè corroborat Johannes Stuckius, *part. 1. conſ. 1. num. 45. & ſeqq.*) accepta certa portione, renuncient; ita etiam non minus in ipſis illis Renunciationibus Pactum hæreditatis ita renunciatæ reſervativum, in caſum cauſæ, ob quam Renunciatio facta eſt, ceſſantis, familiare eſſe, & communiter Inſtrumento Renunciationis, *dem Verziegs-Brieff* Clauſulam Succeſſionis, in iſtum caſum, reſervatoriam, apponi ſolere, autor eſt Beſoldus, *in Theſ. pract. voc.* Verzieg Adelicher Tœchtern biſs auff einen ledigen Anfall. B. Colleg. noſter, D. Frommannus, *de Exiſtentia condition. Pacti Hæredit. renunciat. reſervativi, in prooem. pag. 2.*

Alldievveilen nun dieſe, tum Promiſſio de impoſterum renun-

renunciando, tùm realiter ſubſecuta Renunciatio, *austrücklich, und* ſæpius repetitis vicibus, *auff das* Adeliche Herkommen *und üblichen Gebrauch deß Landes in Francken, und der* Frænckiſchen Hochlœblichen Freyen Reichs-Ritterſchafft; *in krafft dessen*, excluſis tantiſper Fœminis, *je ein Bruder den andern zu erben pflegt.* Jungat. in terminis de hac ipſa Franconicæ Nobilitatis diuturnâ Conſuetudine Nicolaus Everhardus, *vol. 1. conſ. 6.*

So vvürde bey uns, vvann auch gleich vveiters nichts in ermelten Receſſibus *enthalten vvære, vvoraus die eigentliche* Mens & Intentio *noch mehrers und deutlicher erlernet vverden kœnte, jedennoch durchaus kein zvveiffel vvalten, daß die, auff solch altes Adeliches Herkommen und Landlauffigen Gebrauch* renunciirende *vvol-seelige Frau von S. nicht solte, in krafft eben solchen Gebrauchs und althergebrachten Herkommens, auff diesen nunmehro erfolgten* Caſum in totum extincti Stemmatis Maſculini *der Herren Rüden von C. darvor zu halten und anzusehen seyn, daß sie sich den* Regreſs *zu der Vætterlichen Erbschafft* efficaciſſime *und* potentiſſime *habe vorbehalten vvollen.* Ea namque, quæ fieri ſolita ſunt, habentur pro factis. per *l. 18. Cod. d. locat. Cap. 9. verſ. mandamus. X. d. Conſtitut.* Hieron. Gigas, *d. crimin. læſ. majeſt. Q. vidimus. num.* 5. Herman. Vultejus, *in Conſ. Marpurg. vol. 2. conſ. 29. n. 67.*

Et ex obſervantia Majorum Familiæ genuina agentium voluntas colligitur. Vincent. Fuſarius, *d. Fid. Subſtit. Q.* 204. *num.* 102. D. Frommann. *d. Diſſert. th.* 47. *pag.* 54. Et ſi appareat, Renunciationem extantibus Maſculis, Familiæ conſervandæ cauſa, à Fœmina factam eſſe, tunc, quin in caſum omninò extincti ſtemmatis maſculini, Filia renunciatrix ad Hæreditatem ita renunciatam regreſſum ſibi reſervare voluerit, dubitandum non eſſe, eluceſcit ex iis, quæ hanc in rem diſſerunt Bb. Dnni Anteceſſores, apud Beſoldum, *in conſ. Tubing. part. 5. conſ. 22. num. 31. & ſeqq.* & B. Frommannum, *cit. loc.*

Eo quod utique in Conventionibus voluntas potius, quam verba, ſpectanda; *l. 219. ibique DDres. ff. d. verb. ſignif.*

Ff Et

Et verborum, quibus uſa fuit talis Renunciatrix, genuinus intellectus non à formula eorum; ſed à mente ſumendus ſit. *l. 3. ubi Jaſon. Cod. d. liber. præterit. cap. intelligentia. X. d. V. S.*

Man hat aber diß Orts auff ein dergleichen, ſeu ex iſta, ſeu aliis nonnihil remotioribus Præſumtionibus collectum, tacitum Pactum, Hæreditatis Paternæ, in dictum caſum, reſervativum *ſich zu beziehen, der urſachen, nicht nœthig, alldievveilen in dem* Anno 1648. in puncto faciendæ Renunciationis *auffgerichteten* Interims-Receſs, *auff den nunmehro erfolgten Fall, vvann der ganze Manns-Stamm erloſchen ſeyn vvürde, der* Regreſs *zu der Vætterlichen*, in favorem Maſculorum *verziehenen Erbſchafft, von der Frauen von S. nicht zvvar eben* ſub tali ſpecifica forma: *daß, vvann der Manns-Stamm gænzlich abgehen vvürde, ſie ſich den* Regreſs *zu deren verziehenen Vætterlichen Erbſchafft vorbehalten haben vvolle. Jedoch aber mit andern* æquipollentibus, & ad ſignificandam hanc Intentionem ſatis claris & apertis omnemque deſuper dubitandi materiam adimentibus verbis, eô ipsô reſervirt *vvorden, indeme außtrucklich darinnen gemeldet vvird:*
„ *daß der bey Hochlœblicher Ritterſchafft in Francken gevvohn-*
„ *liche, und von ihro damalen zugeſagte Verzücht*, NB. allein
„ *gegen* leiblichen Brüdern, *und* alſo dem Mannlichen Stam-
„ men zum beſten, *errichtet vverden ſolte.*

Si enim hæc verba: *dem* Adelichen Manns-Stammen zum beſten, nec non & iſta: *zu* Erhaltung deſs Adelichen Stammens *und* Nahmens, ſeu in Præfatione hujusmodi Pacti renunciativi, ſeu in ipſa illius Diſpoſitione poſita, non tam cauſam impulſivam, quam finalem, ſignificant, & proinde limitandi & reſtringendi efficaciam habent, quod in terminis ex Everhardo juniore & Bartolo, tradit Philip. Knipſchild. *d. fideicomm. fam. illuſtr. cap. 7. num.* 71. B. Collega noſter, D. Frommannus, *d. Diſſert. th. 44. in f.*

Quidni idem multo magis de his verbis adſtruatur, quibus Domina de S. in præſenti uſa fuit, *daß ſie nemblich* allein NB. gegen ihren leiblichen Brüdern, ſeu in gratiam & commodum ſolorum Fratrum, *und* alſo dem Mannlichen Stammen

men zum besten, nach der Frænckischen Ritterschafft Gebrauch und Herkommen, renunciiren vvolle? *vvelche Wort ja nichts anders*, *als dieses* apertissimè *und* clarissimè *in sich halten*, *daß sie an diesen ihren Verzücht nit vveiter oder længer gebunden seyn vvolle*, *als so lang ihre leibliche Brüder oder auch deroselben* Mannliche Erben *im Leben seyn*, *und also der Rüdische* Mannliche Stamm, *neben andern* Facultatibus, *auch von ihrem verziehenen Vætterlichen Erbtheil*, *in so mehrerem* Splendor *vverde kœnnen* conservirt *vverden*; *und mithin in dem Gegentheil*, *vvann der Mannliche Stamm ableiben vvürde*, *sie sich den* Regreſs *zu ihrer verziehenen Vætterlichen Erbs*-Portion reservirt *haben vvolle.* Ut in terminis hæc definit Philippus Matthæus, *in conſ. Marpurg. vol.* 1. *conſ.* 20. *per integr.* maximè num. 20. & 42. B. Collega noster, D. Fromman. *d. Diſſ. th.* 8. *pag.* 15.

Finis namque & intentio, quæ omnes humanos Actus determinat, *lib.* 19. *princ. ibique DDres*, *d. reb. cred.* Barbosa *locupl. voc. Finis. axiom.* 1. & 9.

In tantum, ut etiam generalem ejusmodi Renunciationem certa finalis causa restringat; Kellenbenz. *d. renunciat. ſucceſſ. Q.* 18. *num.* 7. Eandemque personalem, & respectivam, quam dicimus, efficiat, Dn. Stryck. *de Succeſſ. ab inteſt. Diſſ.* 8. *cap.* 10. §. 14. Nec, ultra apertam Renunciantis mentem, extensionem admittat, Carpzov. *Part.* 1. *Dec.* 58. *num.* 15. & 17.

Filiarum Nobilium, sub ejusmodi formulis, quod tota vis seu efficacia Renunciationis ad solos Fratres, vel Stemmatis masculini conservationem restricta esse debeat, renunciantium, & renunciationem accipientis Patris, aut Fratris, alteriusve Masculi, non utique hæc est, ut hujusmodi Filiæ renunciatrices, Bona, quibus sic renunciant, omnino à se abdicent; sed potius in hoc manifeste dirigitur, ut Bona hoc modo renunciata, durante solummodo Renunciatione, Fratribus aut aliis Agnatis inserviant, seu Agnatio & Stemma, in cujus gratiam Renunciatio facta, ex illorum Reditibus, in suo interea splendore servetur; per firmata Knipschildii, *d. tract.* 8. *num.* 173. & *seqq.* Josephi de Rosa, *conſult. Jur.* 34. *n.* 95.

n. 95. Phil. Matthæi, *vol.* 3. *Conſ. Marp.* 24. *num.* 28. Kellenbenzii, *d. tract. Q.* 18. *num.* 11. Muſculi, *d. Succeſſ. convent. num.* 257.

Interea vero facultas ſeu Jus actualiter ſuccedendi non omnino extinquatur, ſed ſolummodo dormiat, & in ſuſpenſo tantiſper maneat, donec hujusmodi Renunciationi annexi Pacti reſervatorii Conditio exiſtat; Nicol. Reuſnerus, *lib.* 1. *conſ.* 12. *num.* 83.

Extinctis vero Fratribus, aliisve Agnatis, ſicque nominis & Stemmatis maſculini qualitate prorſus deficiente, cauſaque finali Renunciationis omnino ſublata ac proinde & obſtaculo actualis talis Filiæ Succeſſionis remoto, illud omne, cui illa, in gratiam Fratrum vel Agnationis, renunciaverat, ad ipſam vel ipſius Succeſſores revertatur, ſicque Jus ſeu Facultas, ſuo Fratri ſuccedendi, per Pactum illius renunciativum, eousque impedita, ſuas vires recuperet, &, quod prius, ſolo habitu, ad ipſam pertinuit, id jam ipſo quoque actu habere incipiat; per latius deducta à Philippo Matthæo, *in conſil. Marpurg. vol.* 1. *conſ.* 20. *num.* 54. & *conſ.* 21. *num.* 30. & laudato Frommanno, *d. Diſſert. th.* 44.

Qua igitur fronte Deſcendentes ex Maſculis, his omnino extinctis, tali Filiæ, ejusdem hæredibus objicient, quod illius Excluſio à Succeſſione, (non præciſe, abſolute & ſimpliciter facta; ſed ſolum temporaliter, & cum ſatis aperta Reſtrictione ad certum tempus, *ſo lang nemblich dieſelbe dem* Mannlichen Stammem zum beſten *vvird kommen*) nihilominus perpetuam iſtius Filiæ & Succeſſorum excluſionem operetur? Quis hoc, ſalva Paciſcentium mente & fide, allegari poſſe dixerit? contra ea, quæ legimus apud Schrader, *d. feud. part.* 7. *cap.* 4 *num.* 85. *verſ.* Quinto, Klock. *tom.* 3. *conſ.* 106. *num.* 47. Muſcul. *d. tract. num.* 280. Frommann. *d. Diſſ. th.* 45. *circa princip.*

Neque enim hoc quisquam, contra rei evidentiam, impugnare conabitur, quod verbum, importans non perpetuum & præciſum; ſed ſolummodo temporale impedimentum, curſu temporis, ſeu ſimplici, ſeu qualificato, haud amoveatur: ut ex Baldo, Forſtero, Mantica, Garſia, & aliis, de his diſſerit

Dida-

Didacus Ludovicus de Lima, *in addition.* ad Molinæ *tr. de Primogen. Hispan. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 30.

Cum ergo in claris (quod nomen haud dubie etiam hîc obvia, ceu æquipollentia, verba merentur, per notissimam Brocardicam, qua Æquipollentibus eadem vis, efficacia ac potestas adscribitur, ex *l.* 22. *in princ. ad SCt. Trebell. l.* 29. §. 5. *d. liber. & posth.* Rauchbar. *P.* 1. *Q.* 2. *num.* 17. Carpzov. *lib.* 3. *Resp.* 10. *num.* 20.) omnis interpretatio non solùm frustratoria; sed & merito calumniosa appellatur: Alexander Ambrosinus, *Decis. Perusina* 3. *num.* 20. *& seqq.* Cephalus, *cons.* 65. *num.* 42.

Quocirca his pluribus immorari supersedemus; & potius huc optime quadrantibus, Pauli Gallerati verbis (Quamvis ille de casu, quo omnes Masculi, quorum contemplatione Filia renunciavit, ipsa adhuc vivente, obierant, sermonem ibi habeat. De quo videsis Frommannum, *d. Diss. th.* 43. *in fin.*) hunc §. claudimus, qui ita: Renunciatio, inquit, facta ad favorem Fratris, semper præsumitur facta in beneficium Descendentium Masculorum de Familia, ut Bona ejus conserventur, vel ut Frater liberè de Bonis renunciatis disponere possit, tacitamque, de Jure, in se conditionem habet, dummodo aliquis Masculus vel Descendens Frater supervivat: Alias, si nullus de Fratribus supervivat, Renunciatio non nocet, perinde ac si facta non fuisset, *d. renunciat. Decis.* 33. *num.* 31. Id quod etiam in casu renunciationis, à Moniali in favorem Fratris factæ, definit Joh. Franciscus de Ponte, *cons.* 39. *num.* 12. *&* 13. ubi plures accumulat, hancque ipsam sententiam veram, communem, & juxta eandem judicatum esse, scribit. Quam & late tuetur Jacobus Cancerius, *var. Resolut. cap.* 15. *de renunciat. n.* 17. 24. *& seqq.* ubi pariter dicit, hanc Conclusionem tum veram, tum æquam, & proinde quod addit *num.* 41. ab eadem judicando & consulendo haud recedendum esse. Fabius Capycius Galeota, *lib.* 2. *controv.* 10. *à num.* 7. *usque ad* 20. Johann-Maria Norarius, *Qq. forens. part.* 1. *Q.* 79. Cardin. Parisius, *lib.* 2. *cons.* 3. *num.* 27. *usque ad fin.*

Merentur adhuc verbotenus adduci, quæ hanc in rem dis-

differit Johann. Baptista Cardinalis de Luca, qui ita: Ubi, inquit, expresse vel conjecturaliter constat, quod Renunciatio ad favorem unius tantum facta sit, illa, utpote translativa potius quam extinctiva Renunciatario tantum prodesse debet. Hanc opinionem præsupposita qualitate Renunciationis translativæ, tanquam absolutam sæpius tenuit Rota &c. *in Theatro Verit. & Justit. tom. 2. tract. d. Renunciat. disc. 7. num. 2.*

Wann aber auch gleich in mehr allegirten Interims-Recess, *vvie auch denen hernach gefolgten* Pactis dotalibus *und Würcklichen verzücht, dergleichen* diserta & aperta Reservatio *deß* Regressus, in casum, *vvann der Vætterliche Manns-Stamm* expirirt *seyn vvürde, zu solcher verziehenen Vætterlichen Erbschafft nicht* in medio *vvære; sondern der in offtbesagtem* Interims-Recess *enthaltene Verspruch, solcher* Hæreditati *zu* renunciiren *so vvol als die* Anno 1654. actualiter *nachgefolgte* Renunciation, *hiervon keine so deutliche Anregung thæte: So vvürden vvir dennoch, von Rechts und heiterer Billigkeit vvegen, keiner andern Meinung beypflichten kœnnen, als daß* ex benigna Juris præsumtione *bestændig darvor zu halten, daß mehr selig-ermelte Frau von S. sich doch den* Regress *zu der Vætterlichen Erbschafft* in extremum hunc casum, tacitè vorbehalten, *vvolfolglich nunmehro deroselben Herr Sohn, Herr Johann Philipps von S. dennoch eben so vvol, als ob solche* Reservatio expressissimis verbis *geschehen vvære, sich umb die* Bona in hunc casum reservata *anmelden kœnne.*

Quamvis enim certum sit, quod Paternæ, vel alterius Hæreditatis Renunciatio, in dubio, neutiquam præsumi debeat; sed ab eo qui eandem allegat, probari debeat; *cap. 5. X. d. Renunciat.* Mascard. *d. probat. concl.* 1265. Joh. Petr. Actolinius, *Resol. Jur.* 50. *num.* 27. *& seqq.* & ne quidem ex actu proximo inducatur, nisi de ea expresse agatur. *c. 7. X. d. tit.* ac proinde, quando illa in dubium vocatur, aut expresse negatur, interim Juri Communi, donec illa probetur, stari oporteat: Gœddœus, *in consil. Marpurg. Vol.* 1. *cons.* 26. *num.* 41. Paul. Christinæus, *Vol.* 1. *Dec. Belg.* 279. *num.* 2. *&* 4. hoc insuper habito, quod Filiæ Nobilium & Illustrium Personarum frequen-

quentiſſimè renunçient; ea verò, quæ frequenter fieri ſolent, in dubio facta præſumantur; *l.* 31. §. 20. *ff. d. Æd. Edict.* Everhard. à Mittelburgo, *in Top. legali, loc. à Solit. ad quod reſpondet* Dn. Stryk. *d. Succeſſ. ab inteſt. Diſſ.* 8. *c.* 10. §. 57. Richter. *in Conſ. part.* 4. *conſ.* 32. *n.* 10. Brunnemann. *conſ.* 56. *n.* 16. & *conſ.* 80. *n.* 28. Alexand. Sperellus, *in Deciſ. Fori Eccleſ. Part.* 2. *Deciſ.* 157. *num.* 30. Eo quod nemo ſuo Juri, in ſpe, vel re, renunciaſſe præſumatur; Chriſtinæus, *vol.* 1. *Dec. Belg.* 279. *n.* 2. Heeſer. d. acquæſtu conjug. *part.* 2. *loc.* 20. *num.* 2. Muſculus, *de Succeſſ. convent. num.* 32. & *ſeqq.* per texx. & Autoritates, Beſoldus, *in conſ. Tubing. vol.* 5. *conſ.* 212. *num.* 14. & *ſeqq.*

Niſi quod inter Fratres hæc præſumtio facilius locum obtineat; Herman. Vultej. *in conſ. Marp. vol.* 1. *conſ.* 17. *n.* 77. Add. Cephalus, *conſ.* 39. *n.* 17. Dnus Stryke, *d. cap.* 10. §. 58.

Certiſſimum tamen è contra eſt, quod Reſervatio Regreſſus ad Hæreditatem, cui renunciatum, præſumenda ſit vel maximè. B. Collega noſter, D. Frommannus, *th.* 46.

Ita quidem, ut non ſolùm in tali caſu, ubi mentio de eo, quod Filia favore ſive contemplatione Agnationis renunciet, ſpecifice facta, in quo idem admittit Johann Baptiſta Cardinalis de Luca, in theatro Verit. & Juſtit. *tom.* 2. *tract. d. Renunciat. diſc.* 6. *num.* 14. & *ſeqq.*

Verum etiam licet in dubio verſemur: Utrum Renunciatio in favorem & contemplatione Fratris, ſeu Maſculæ Sobolis, eo tempore extantis, facta? nullaque omninò hujus mentio injecta ſit, quod Renunciatio favore Agnationis, ſive Stemmatis Maſculini in ſuo Splendore conſervandi ergò, fiat; nihilominus tamen, in caſu, expirantis Familiæ Maſculæ, Regreſſus ad Bona, quibus ita ſimpliciter fuit renunciatum *tacitè* reſervatus benignè præſumatur; ac proinde tales Filiæ, earumque Hæredes, non obſtante illa ſua, quoad externum verborum corticem illimitata, Renunciatione, vi iſtius præſumtive reſervati Regreſſus, ad Bona, quibus ita renunciaverant, admittantur æquiſſimè; Anton. Capyc. *Deciſ. Neapol.* 190. *num.* 2. poſt Butigellam, qui hoc perpetuò menti tenendum dicit, Corneum, Berojum, Pariſium, Beccium, Rolandum

dum à Valle, Aliosque complures, Joh. Petr. Surdus, *consil.* 244. *num.* 1. post innumeros, quos congessit, Joh. Baptista Hodierna, *ad l. Hac Edictali. Q.* 11. *num.* 4. *Cod. d. secund. nupt.* cum Choppino, Chassanæo, Coquille, d'Espeisses, Abrahamus à Wesel, *d. Connub. Bonor. societ. tract.* 2. *cap.* 6. *n.* 81. D. Frommann. *d. Dissert. thes.* 47. Anton. Faber. *in Cod. Sabaud. lib.* 2. *tit.* 3. *Def.* 22. *num.* 1. post plures, quos laudat, Johannes Heeser, *d. Acq. conjug. part.* 2. *loc.* 20. *num.* 211.

Quemadmodum enim Masculi, utpote soli æternæ Ascendentium memoriæ atque Agnationis Conservatores, verbo Stuckii, *part.* 1. *cons.* 1. *n.* 156. (Modo tales eo tempore adsint, vel saltem adhuc sperari queant; Jungat. post Covarr. Boguet. & Delommeau, Abraham. à Wesel, *d. l. num.* 23. Hodierna, *ad l. Hac Edictali. Cod. d. S. N. Q.* 11. *num.* 26. Zasius, *ad l. Stipulatio hoc modo, num.* 44. *ff. de verb. oblig.*) Atque ita vel jam nati, vel adhuc nascituri, Renunciationi semper causam (sine causa namque, licet verbis amplissimis facta, Renunciatio ipso jure nulla est, & prorsus inefficax, post Decium & Parisium, Donatus Antonius de Marinis, *Resoll. Jur. lib.* 2. *resol.* 189. *num.* 7. Cæsar Ursillus, ad Matthæi de Afflictis *Dec.* 179. *num.* 4.) dedisse intelliguntur; *arg. l.* 8. *ff. d. condict. caus. dat. caus. non sec. l.* 17. *de leg.* 1. *post plures*, Kellenbenz. *de Renunc. Success. Q.* 39. *num.* 1. Michaëlis, ap. Klockium, *tom.* 3. *cons.* 106. *num.* 29. Mundius à Rodach, *vol.* 2. *cons.* 10. *nu.* 310. Joh. Dominicus Pansutus, *controv. for.* 20. *num.* 103. Nicol. Reusner. *lib.* 1. *cons.* 12. *num.* 86. Heeser, de acq. conjug. *par.* 2. *loc.* 20. *num.* 158. Jacob Cancerius, *varr. resoll. lib.* 3. *c.* 15. *tit. d. Renunciation. num.* 33. Joh. Baptista Hodierna, *ad l. Hac Edictali. Q.* 11. *num.* 15. *C. d. S. N.* Guido Papæ, *Q. Gratianop. tit.* 192. *num.* 2. Klock. *in vot. Cameral. relat.* 56. *num.* 6. Dnni Antecessores, ap. Besoldum, *cons.* 171. *num.* 39. ubi hancce sententiam appellant communem. Stephan. Gratian. *disc. forens.* 568. *num.* 9. *cons.* 29. *num.* 15. Ernest. Cothmann. *vol.* 2. *Resp.* 99. *num.* 44. & 45.

Adeo quidem, ut, licet Favor Familiæ seu Agnationis in Renunciatione haud occurrat expressus; illa tamen nihilominus

minus in favorem & intuitu ſolorum Maſculorum facta cenſeatur; & ſic ſemper, ex præſumta Paciſcentium mente, (poſt Burſat. & Hondedæum, Franc. Niger. Cyriacus, *controv. for.* 475. *num.* 2.) pro expreſſo habeatur; cum Muſculo, Heeſerus, *d. loc.* 20. *n.* 213. Joh. Baptiſta Coſta, *de facti ſcient. & ignor. centur.* 2. *diſtinct.* 50. *num.* 16. Guido Papæ, *cit. loc.* Blaſius Michalorius, *tract. d. fratribus*, *part.* 3. *c.* 12. *num.* 74. *in fin.* poſt plures, quos cumulat Cyriacus, *d. contr.* 475. *num.* 1. *ex* Baldo, Cyno, Salyceto, Caſtrenſi, Pariſio, & aliis, Kellenbenz. *d. tract. Q.* 19. *num.* 123. Garſius Maſtrill. *Dec. Sicil.* 65. *num.* 14. Menoch. *conſ.* 6. *num.* 10. & *conſ.* 355. *n.* 14. Georg. Mundius à Rodach, *vol.* 2. *conſ.* 10. *num.* 310. ubi notam appellat hanc communem DDrum traditionem, quod, licet non adjectum fuerit, Renunciationem in Agnationis favorem factam, vel faciendam; tamen fratribus extantibus, hi ſemper cauſam dediſſe intelligantur:

Æque ſcilicet ac etiam Statuta Fœminarum excluſiva, eadem de cauſa condita exiſtimari, ut videlicet Bona in Agnatione, & per illa Agnatio in flore ſervetur, ex communiſſima DDrum ſententia ſtatuminat Hodierna, *ad. L. Hac Edictali*, *Cod. d. S. N. Q.* 12. *num.* 25. & 26. Spad. *lib.* 3. *conſ.* 319. poſt plures, Rocca, *Selectar. Jur. Diſp. vol.* 1. *cap.* 38. *num.* 12. ubi talia ſtatuta, ob hanc unicam rationem conſervandæ Agnationis condita intelligi debere, ſcribit.

Ita nec dubitari debet, quin ſublatis Perſonis illis, in quorum gratiam Renunciatio facta eſt, Filia renunciatrix, ejusdemque Hæredes (Licet nulla illorum facta fuerit mentio; per tx. generalem *in l.* 9. *d. probat. l.* 13. *Cod. d. contrah. & commun. ſtipul. cum* Paulo de Caſtro, Alberico de Roſate, & Jaſone, Richter, *part.* 6. *conſ.* 3. *num.* 47.) nullatenus obſtante etiam jurata Renunciatione vi dicti Regreſsûs præſumtive reſervati, ad renunciatas Hæreditates, abſque ullo Diſcrimine Gradus Liberorum, adſpirent juſtiſſimè poſt Bald. Angel. Pariſ. Cravett. Loffredo de Ponte, Lanar. Surd. Hondedæ. & Coſtam, Garſ. Maſtrill. *Deciſ. Sicil.* 65. *num.* 14.

Quemadmodum enim ipſa Renunciatio, Maſculis in infinitum extantibus (Niſi aliud expreſſa Renunciationis verba

determinent) potentissime operatur, ita, ut Filia renunciatrix non saltem à Filio; verum etiam à Nepotibus, Pronepotibus, ut & cæteris masculis Descendentibus in infinitum excludatur; per rationes erudite congestas à Christoph. Heroldo, in tract. de *Jure Repræsentation. cap.* 5. §. 2. ubi vide omnino Hartm. Pistor. *lib.* 4. *Q.* 6. *num.* 50. Ita etiam Reservatio, in quocunque tandem Gradu Agnatio deficiat, in eundem similiter facta existimatur, Kellenbenz. *Q.* 20. *in fin.*

Ita nempe, ut Jus, per Pactum hoc reservatorium quæsitum ad quoscunque vel Descendentes (si hoc Pactum ad illos restrictum probetur) sine Gradûs Discrimine; vel ad quosvis Hæredes, tam testamentarios, quàm ab intestato (si illa simpliciter proponatur concepta. Jungat. B. Dn. Frommann. *d. Diss. th.* 31. *p.* 33.) transmissibile sit: *argum.* §. 4. *ibique* DDres *Inst. d. verb. oblig. l.* 57. §. *Titius. ff. eod. l.* 15. *Cod. d. contr. & comm. stipul. l.* 1. *C. de donat.* Frommann. *d. loc. pag.* 32.

Ac proinde Descendentes ex ultimo Masculo, id omne quod Filiæ ita renunciatæ, ejusque Hæredibus per renunciationem ademptum fuit, quandocunque existente ea conditione, sub qua ipsa Regressum ad renunciata sibi, si non expressè saltem tacitè, reservavit, vi dicti pacti reservatorii (si rectæ Rationi & æquanimi illius ratiocinationi, sine contradicendi iniquo studio, sine proprii lucri injusta cupidine, sine macula pietatis, & ipsius adeo, à DEO & natura, erga Proximum, nedum erga cognatum sanguinem instillatæ charitatis, atrociter læsæ, morem gerere velint) modis omnibus & fideliter restituere teneantur; D. Frommann. *d. Dissert. th.* 46. Nicol. Reusner. *lib.* 1. *cons.* 12. *num.* 59. ubi scribit: Quod Jus reservationis semel annexum, & quasi incorporatum Fratrum patrimonio, quibus facta est renunciatio, ad omnes posteà transeat, ad quos & ipsa Fratrum hæreditas. Quæ enim vis fuit reservationis à Renunciatrice factæ, ea in ipsiusmet persona seu etiam in Personis ejusdem Liberorum operatur potentissime; ut de his porrò differit laudatus Reusnerus, *d. cons.* 12. *n.* 76. *in fin.* sic, ut proinde in persona Liberorum, hujus Juris transmissio illam Regulam verificet, quod Transmissarius præferatur instituto. *l.* 11. §. 1. *d. testam. milit.* ut signanter Reusner,

d. conf. 12. *num.* 87. Addat. Klock. *tom.* 4. *conf.* 13. *num.* 84. D. Frommann. *d. loc. th.* 57.

Hincque ita nervoſe laudatus Kellenbenzius: Cum, inquit, hæc Renunciatio longe ab Hæreditatis Repudiatione diſcrepet; Ruinus, Corneus, Caſtrenſis, locis ibi adductis; nec etiam Quoscunque; ſed Regulariter & in dubio, Agnatos ſolum reſpiciat; noſtro etiam in caſu Filiam, ſolos Maſculos, qui Renuntiationi cauſam dederunt, & per quos Familiæ dignitas conſervatur & propagatur, obſtare ſibi, &, iis ſublatis, aditum minus interclusum voluiſſe, dicendum erit. Nam, ut Burſatus refert, *conſ.* 134. *n.* 52. *vol.* 2. non id, quod fit, in conſideratione haberi debet, *d. Q.* 19. *num.* 11. Quæ iisdem verbis repetunt Dnni Anteceſſores, apud Beſoldum, *d. conſ.* 171. *num.* 40. *ſeqq.*

Sublata namque cauſa Renunciationis finali, quam ſola Nobilium & Illuſtrium Familiarum conſervatio conſtituit; Hondedæus *vol.* 1. *conſult.* 29. *n.* 71. *cum ſeqq.* Knipſchild. *d. fideic. famil. nobil. cap.* 8. *n.* 208. Philipp. Matthæus, *in Conſil. Marpurg. vol.* 3. *conſ.* 24. *num.* 28. non poteſt non ipſa quoque Renunciatio, juxta illam vulgatiſſimam Rectæ Rationis regulam, quod, Cauſa ceſſante, ceſſet etiam effectus, (Quam Noſtrates his ipſis Renunciationibus frequentiſſime applicant. Jungat. Beſold. *theſ. pract. voc. Verzüg.* Muſcul. *de Succeſſ. convent. num.* 269. *& ſeqq.* poſt plures, Knipſchild. *d. Fideic. Famil. Nobil. cap.* 16. *num.* 20. Panſutus, *d. controv.* 20. *num.* 108.) omnimodo reſolvi, & in ſua operatione ac valore deficere; & Renunciatrices, earumve Hæredes, ad priſtinam Succeſſionem, à qua per ipſam Renunciationem, tùm ipſa Renuncians, tum ipſius Hæredes (Jungat. Stuckius, *part.* 1. *conſ.* 1.) excluſi fuerant, redintegrari; de quo optime Mynſinger. *decad.* 10. *Reſp.* 97. Stuckius, *d. l. n.* 315. *&* 16. per firmata à Bb. noſtris Anteceſſoribus. *d. conſ.* 171. *n.* 38. *& ſeqq.* Knipſchild. *d. cap.* 8. *num.* 266. Flaminio Chartario, *Deciſ. Genuenſi* 70. *num.* 53. Franc. Nigro Cyriaco, *controv. for.* 475. *num.* 3. Hartm. Piſtoris, *lib.* 4. *Q.* 6. *num.* 49. Hondedæo, *vol.* 1. *conſ.* 29. *num.* 4. *& conſult.* 242. *num.* 6. *& ſeqq.* Heeſero, *d. loc.* 20. *n.* 173.

Perinde ac si nulla Renunciatio facta fuisset. Franc. Bursatus, *conf.* 32. *num.* 40. Surd. *Dec.* 252. *num.* 4. post Rot. Roman. Joh. Petrus Actolinius, *Resol. Jur.* 40. *num.* 5.

Idque tum (1.) ex eo, quod etiam Statuta Fœminarum exclusiva, quibus passim DDres has ipsas Renunciationes parificant; ut videre est ap. Jacob. Cancerium, varr. Resoll. *part.* 3. *cap. de Renunciation.* 15. *num.* 9. Fontanellam, *tract. d. Pact. Nupt. Clauf.* 5. *Gloss.* 8. *part.* 1 *num.* 17. vide tamen, quæ notat Anton. Faber, *tr. d error. pragmat. decad.* 12. *error.* 8. *n.* 14. Seu in tota Provincia, vel Regno obtinentia, seu certæ alicujus familiæ propria, vulgò Pacta seu Statuta Gentilitia, *Erbeinigungen*, (Jungatur Stuckius, *conf.* 12. *num.* 29.) easdem non simpliciter; sed duntaxat ad tempus, quoad usq; nempe Masculi superstites sunt, excludere censeantur: mascula vero Prole nulla amplius superstite etiam illæ, non obstante strictissima statutorum interpretatione, ad hæreditatem admittantur; Baldus, *vol.* 2. *consil.* 43. Mynsing. *resp.* 97. *num.* 15. Knipschild. *d. cap.* 8. *n.* 280. Gœddœus, *in conf. Marpurg. vol.* 1. *conf.* 27. *num.* 192. Egregie Pansutus, *controv. for.* 20. *n.* 97. ubi scribit, communem reperiri in supremis apud ipsos Tribunalibus interpretationem, quod istæ Mulierum Renunciationes, semper, favore Masculorum tantum, factæ intelligantur, ita, ut, illis deficientibus, ipsæ nullo modo à Successione excludantur, *& num.* 199. *cum seqq.* ubi ita notabiliter: Consuetudines, inquit, Neapolitanæ, masculos vocando, fœminas excludunt; non autem præferunt ipsas Fœminas aliis Fœminis, quæ per Statuta potius suspensæ à facultate succedendi, quam realiter exclusæ. Neminem enim latet, consuetudines & Statuta esse introducta Masculorum favore, & Agnationis gratia propter bonorum conservationem in Familia. Igitur, cessante Masculorum favore & sic Familiæ conservatione, cessat pariter exclusio Fœminarum. post Bartol. Curt. Socin. Castrens. & Jul. Clarum, Joh. Bapt. Fenzonius, *ad Statuta urb. Romæ, Decis. Rotæ Rom. III.* Nicol. Reusner. *lib.* 1. *conf.* 12. *num.* 94. ubi etiam Privilegium, Fœminas excludens, temporis eventu finiri, scribit. Optimè Stuck. *d. conf.* 1. *num.* 315.

Tum quod (2.) etiam consuetudo eandem hanc causam frequentius respiciat; ac proinde merito ea, quæ crebro & frequenter contingunt, in dubio præsumantur; *argum. l.* 34. *d. reg. jur.* ubi omnes Scribentes.

Et consueta reservari, quantumvis non expressa, pro tacitè reservatis nihilominus habeantur; per *l.* 18. *Cod. d. locat. l.* 31. §. 20. ibique à DDbus vulgò notata. *ff. de Ædil. Ed. cap.* 18. *vers. Mandamus. X. de Constitution.* ibique Anchoran. *n.* 3. Hieron. Gigas, *d. crim. læs. Majestat. Q. vidimus. num.* 5.

Unde ita in terminis Dnni Antecessores; Ex hoc, inquiunt, colligitur, & in præsenti casu non aliter esse sentiendum; sed & hanc Renunciationem ad communem Germaniæ Consuetudinem & receptum usum fuisse celebratum. Semper enim Contractus intelligitur celebratus secundum consuetudinem Patriæ, & ab ea recipit interpretationem; quia contrahentes præsumuntur voluisse contrahere secundum consuetudinem loci &c. *d. cons.* 171. *num.* 98.

Ex eo siquidem, quod fieri consuetum, cujuslibet negotii interpretatio semper adsumenda venit; post Corneum, Cravett. Decian. Wesembec. Cephal. Bald. Panorm. Johan. Gœddœus, *in cons. Marpurg. vol.* 3. *cons.* 26. *num.* 11. *& seqq.*

Adeo quidem, ut ex eo, quod fieri consuetum optimum argumentum & interpretationem peti, dicat idem Gœddœus, *vol.* 4. *consil. Marpurg.* 51. *num.* 15. ubi omninò conferri meretur. Addat. Barbosa locupl. *lib.* 17. *cap.* 39. *axiom.* 3. & in terminis Kellenbenz. *d. tr. Q.* 39. *num.* 18. Gœddœus, *vol.* 1. *cons. Marpurg.* 27. *num.* 195.

Tum quod (3.) etiam ultimas Defunctorum Voluntates, ita concors Interppr. Schola interpretetur, quod, si Fœminæ ab illis à Successione eo modo exclusæ sint, quamdiu, donec, vel quoadusque Masculi extarent, existentia Masculorum Fœminarum legitimam successionem non omnimodo expirare; sed intereà tantum dormire faciat; ita nempe, ut, submoto per obitum Masculorum isto impedimento, Fœminis aditus ad illam restituatur; imo ipsa hæc impedimenti amotio retro nullum impedimentum fuisse, fingat. ut ex Baldo, Ancha-

charano, Fabio de Anna, Menochio, Gailio, Rosenthalio, Alciato, Gregor. Lopez. hanc in rem commentatus Didacus Ludovicus de Lima, *in addition. ad tract.* Molinæ, *de Primogen. Hispan. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 3.

Tum quod (4.) etiam affectus & votum Parentis, in tali casu, quo conservandæ Familiæ seu Agnationis Ratio cessat, omnes Liberos ex æquo, absque sexus discrimine, ad successionem vocare censeatur; ita ut verisimiliter, si ipsemet desuper interrogaretur, non aliter responsurus foret, quàm quod, tali in casu, suæ etiam Filiæ ad successionem admitti debeant; Cui ipsi argumento quod in ista materia multum roboris adscribatur, patescit ex iis, quæ de his commentatur Facultas Juridica Ingolstadiensis, *in consf.* 1. tractatui Giphanii, de renunciation, subnexo. *vers. quarto adhuc magis.*

Ut & nostra Tubingensis, apud Besoldum, *part.* 5. *consil.* 243. *num.* 22. Joh. Baptista Hodierna, *ad d. l. Hac Edictali. Cod. d. S. N. q.* 11. *n.* 28.

Si enim ne hoc quidem verosimile censetur, quod Pater talem Renunciationem à Filia recipiens, magis Neptes ex Filio natas, ceu sibi ignotas & remotiores, quam proprias Filias, sibi proximiores, itemque notas & ideo magis dilectas, impensius dilexerit; sed potius contrarium præsumi oportet; ut ex Cephalo, Hondedæo, & Cothmanno, bene firmant beati nostri Antecessores, apud Besoldum, *d. consil.* 171. *numer.* 91.

Quanto minus, in dubio, præsumere licebit, quod Pater potius ab ultimo Masculo testamento institutum, vel eidem intestato succedentem Heredem, omninò extraneum, quam proprias Filias, earumve Descendentes in tali casu, ad successionem admittere voluerit? post Vasquium, Covarruv. Gomez. Charond. Fabr. Cancer. d'Espeisses, Abrahamus à Wesel, *d. Connub. Bon. Societ.* & *pact. dotal. tract.* 2. *cap.* 6. *num.* 102. Donatus Antonius de Marinis, *Resoll. Jur. lib.* 2. *cap.* 189. *num.* 3. ibi: Et contra commune votum Parentum, & præcipue *num.* 8.

Tum (5.) ex eo, quod ista jure Renunciationum, ceu à jure communi exorbitantia, Jurique naturæ per se parum confor-

formia, (Non tamen illicita; sed obtentu majoris Boni nempe conservationis nobilium & illustrium Familiarum in suo statu, excusabilia. Jungat. Wagnereck *ad cap. Quamvis. 2. d. pact. in 6.* Francisc. Niger. Cyriacus. *controv. for.* 476. *num.* 6.) ita interpretanda sint, ut ad juris communis dispositionem; quantum fieri potest, regressus fiat; de quo articulo latissime Musculus, *d. tract. num.* 28. *& seqq.*

Ex quo etiam præprimis Pacti reservativi, seu expressi seu taciti, favor maximè augetur; cum Filiæ, per illud, ad jus commune, Naturæ, Gentium & Civile, quod Liberos æqualiter ad Successionem paternam admittit, (conferat. Burattus, *Dec.* 796. *num.* 4. Carolus Cerrus, Cardinal, *Dec. Rot. Rom.* 350. *num.* 1.) æquissimè reducantur: quales reductiones in LL. maximè favorabiles audiunt. Cardin. Parisius, *vol.* 1. *consf.* 12. Kellenbenz, *d. l. q.* 39. *num.* 18. Addat. Breulæus, *d. renunciandi jure modoque. pag.* 285.

Tum quod (6.) ejusmodi Renunciationes, ceu quibus Paternæ, & quandoque maternæ (Filiabus non minus, quam masculis liberis ab ipsa profecto natura debitis. *l.* 4. *Cod. d. lib. prater. l.* 7. *unde lib. l.* 7. *d. bon. damnat.* Spad. *lib.* 3. *consil.* 320. *num.* 10. Ciroc. *discept.* 36. *n.* 22. *& seq.* Cyriac. *controv.* 284. *num.* 42. post plures, Rocca, *selectar. Jur. Dissp. vol.* 1. *cap.* 38. *num.* 15.) Successioni renunciatur, quamdiu quidem Agnatio floret, intuitu Boni publici, cujus utique interest, Familias in suo conservari splendore, favorabiles sint, ac proinde in dubio illa interpretatio, quæ facit, Renunciationem valere, accipienda; hincque illæ in favorem Agnatorum extendendæ sint; per tradita Bruni, *de Stat. fœmin. exclud. art.* 4. *num.* 6. Campeg. in simil. *q.* 29. Reusneri, *lib.* 1. *consf.* 21. *num.* 176. Cephali, *consf.* 308. *& consf.* 467. *num.* 30. Vulteji, *in Consil. Marpurg. vol.* 1. *consf.* 17. *num.* 209. Magon, *Decis. Florent.* 106. *n.* 10. Musculi, *de Succ. Convent. membr.* 2. *class.* 1. *concl.* 4. *num.* 106. Mundii à Rodach, *vol.* 2. *Resp.* 2. *num.* 287. *& seqq.* ubi istam doctrinam vocat magis communem. Heeseri, *d. Acquæstu conjug. p.* 2. *l.* 20. *num.* 4. *&* 7. Wesemb. *consf.* 1. *num.* 65. Hondedæ. *vol.* 1. *p.* 3. *consf.* 29. *num.* 95. Joh. Stuckii, *consf.* 322. *& seqq.* ubi idem de tali consuetudine &

Statu-

Statuto tradit, eandemque ſententiam *crebriorem*, *graviorem*, *receptiorem*, & in omnibus fere Regnis, Ditionibus, & Provinciis *uſu receptam* dicit. Beſoldi, *conſ.* 243. *num.* 22. D. Frommanni, *d. Diſſ. th.* 73.

Attamen, Agnationis conſervatione (quæ utique per Fœminas ex Maſculis Deſcendentes, ceu illorum Familiam potius deſtruentes, quam conſervantes, obtentu impoſſibilis. Joh. Dominicus Panfutus, *controv. for.* 20. *num.* 96. pleniſſime Carolus Antonius Bottilierius, *d. Succeſſ. ab inteſt. cap.* 1. *num.* 49. *& ſeqq.* Epiſcopus Rocca, *ſelectar. Jur. Diſpp. vol.* 1. *cap.* 56. *num.* 9. ubi Agnationis jura per Fœminas haud oriri, cum ipſa rei evidentia adſtruit. Joh. Stuckius, *part.* 1. *conſ.* 1. *num.* 10. 15. *&* 48, ubi etiam de Magnatum & Principum Filiabus idem late ſtatuminat. Quemadmodum enim Ager principalis Seminis conſervatio, quod in eo ſeritur, non eſt; ita etiam Fœminæ principaliter ſtemmata haud conſervant; ſed ſolum adminiculi loco adhibentur; quod dicit Omphal. *civil. polit. lib.* 1. *cap.* 48. *num.* 7. Stock. *conſ.* 12. *num.* 32.) & Familiæ favore, qui Agnatis expirantibus etiam ipſe expirat, in totum ceſſante, non amplius favorabiles & extendendæ; Joh. Otto Tabor, *Relat. Argent.* 96. *num.* 6. eleganter Kellenbenz. *d. q.* 39. *num.* 18. Sed potius odioſæ, Johann. Petrus Actolinius, *Reſol. Jur.* 40. *num.* 1. Mynſingerus, *decad.* 5. *Reſp.* 50. *num.* 17. Weſenbec. *conſ.* 11. *num.* 14. Mundius à Rodach, *conſ.* 10. *num.* 104. Nicol. Reuſner. *lib.* 1. *conſ.* 21. *num.* 129. Hondedæ. *vol.* 1. *conſult.* 29. *num.* 93. Fichard. *vol.* 1. *conſ.* 57. *num.* 4. Vultej. *conſ. Marpurg. vol.* 2. *conſ.* 29. *num.* 122. Anton. Faber. *in Cod. Sabaud. tit. de pact. convent. Def.* 10. *n.* 4. *& Def.* 12. *num.* 7. Græveus, *lib.* 2. *concl.* 147. *num.* 1. Chriſtinæus, *vol.* 4. *Deciſ.* 28. *num.* 1. Carpzov. *P.* 2. *C.* 35. *D.* 15. *num.* 3.

Ac proinde, in dubio, in favorem Filiarum renunciatarum interpretandæ ſint; & quamprimum aliquid operatæ ſunt, reſtringi debeant, ut Renunciantibus quam minimum præjudicent. Actolinius, *d. l. num.* 46. Dauth. ad *cap. quamvis*, *num.* 154. 157. *&* 161. *d. pact. in* 6. Maſcard. *d. probat. concl.* 1263. *num.* 11. Mund. *d. l. num.* 107.

Cum

Cum haudquaquam præsumendum sit, Filiam, paternæ Hæreditati in gratiam Masculorum renunciantem, illis deficientibus, alienam à causa renunciationis Familiam, sibi, suisque successoribus & Heredibus, in bonis paternis voluisse præferre; *per l.* 30. ibique DDres. *Cod. d. Fideic. l.* 102. *d. condit. & demonst.* Kellenbenz. *d. Q.* 39. *num.* 18. Klock. *tom.* 3. *cons.* 106. *num.* 20. & 21. Cephalus, *lib.* 1. *cons.* 25. *num.* 48. post plures, Mascard. *d. probat. concl.* 1263. *num.* 10. & 11. D. Frommann. *d. l. th.* 74.

Tum quod (7.) ipsa etiam Æquitas reclamet, ut officium, quod Filiæ in renunciando, suis Fratribus, vel aliis Agnatis præstiterunt, cessante jam Agnationis favore, ipsismet Filiabus renunciatis, earumque Heredibus damnosum evadat; contra regulam *Leg.* 7. *testam. quemadm. aper.*

Tum quod (8.) ubi ipsa Renunciationis verba, in proposito illa: *Dem Manns-Stammen zum besten:* Allein *gegen den leiblichen Brüdern*, deficiunt, ibi etiam ipsa Renunciatio deficiat; neque illa ad extraneam interpretationem, sive extensionem; sed juxta qualitatem personarum & rerum, ad quas referuntur, intelligere oporteat. eleganter in simili Joh. Stuckius, *p.* 1. *cons.* 1. *num.* 135. & 153.

Tum denique ob alias in LL. non minus fundatas Rationes, solicite collectas à B. Collega nostro, D. Frommanno, *d. Diss. th.* 73. Quas ipsas Rationes, certè concludentissimas, usque adeo à DDbus æstimari videmus, ut, licet Pater renunciationem à Filia recipiens, illo indefinito vocabulo, *Erben*, sive Hæredum usus fuerit; quod scilicet Filia à Bonis paternis eousque exclusa esse debeat, quamdiu ex Masculis Hæredes supererunt, ob favorem Familiæ atque Agnationis, quo solo Filia ad renunciandum permota creditur, jam deficientem verba impropriianda, ipsaque non amplius pro exclusa habenda sit; post plures, quos laudat Joh. Bapt. Hodierna, *ad d. l. Hac Edictali. q.* 11. *num.* 38. *Cod. d. S. N.* Joh. Stuckius, *part.* 1. *cons.* 12. *n.* 44. & *seqq.* D. Frommann. *d. l.* Addant. plura, quæ habet Joh. Francisc. Comes Andreolus, *contr. for.* 232. *num.* 10. Fontanella, *d. P. N. Claus.* 9. *Gloss. unic. part.* 1. *num.* 75. Michalor.

lor. *d. Fratribus part. 3. cap. 12. num. 73. cum seqq.* Tulden, *ad tit. Cod. d. inutil. stipul. num.* 10.

Nimirum hic omnium (nisi aliud disertissime & specialissimè actum probetur) ut suprà jam diximus, ejusmodi Renunciationum Scopus & Finis (ex quo etiam formalis illarum ratio) ex ipsorum Paciscentium, nempe Renunciantis & Renunciationem accipientis, apertissima voluntate atque intentione est, ut Bona ab illa renunciata, horumque Reditus, durante quidem Renunciatione, dignitatem Familiæ seu Stemmatis masculini majorem efficiant; (in quo ipso intrinsecam Renunciationum Rationem ponit Musculus, *d. tract. n.* 257.) sed extincta è contra tota Agnatione, sive Stemmate masculino, sicque causa Renunciationis finali sublata, illa omnia quibus ipsa renunciavit, ad Renunciantem, ejusdemve Successores, revertantur plenissime; ut jus, seu Facultas Patri, Matri, vel aliis, quorum successioni, in gratiam Masculorum, Filia renunciaverat, actualiter succedendi, suas vires recuperet; & è contra illud Jus, quod interea Masculi, vi & in consequentiam ipsius Renunciationis habuere, cum ipsis expiret; atque ita ipsa Filia, vel illius Descendentes, aut alii hæredes, hæc ipsa Bona renunciata, iisdem cum juribus, quibus illa eousque penes Masculos fuerant, sibi habeant & obtineant: per plures txx. & autoritates, quos congessit Matthæus, *in cons. Marpurg. vol.* 1. *cons.* 20. *num.* 54. *& cons.* 21. *num.* 30. D. Frommann. *d. Diss. th.* 44.

Wann nun, Viertens, *die Rechts-Lehrere, von allen dergleichen* Renunciationibus *und Erbs-Verzüchten einmüthig* dociren, *daß dieselbe anderst nicht, als solcher gestalten zuverstehen und außzulegen, als die* Renunciationen, *wann sie, zur zeit der würcklich errichteten* Renunciation, *um ihre* mentem *und* intentionem specialiter *befragt worden, sich selbsten darüber erklärt haben würden.*

Conferat. omnino Glossa communiter approbata ad L. Tale pactum. §. ult. ff. d. pact. optimè Cancerius, *var. resol. lib.* 3. *tit.* 15. *num.* 154. Francisc. Niger Cyriacus, *controv. for.* 474. *num.* 33. *& seq.* Donat. Anton. de Marinis, *Resol. Jur. lib.* 2. *cap.* 198. *num.* 9. Hondedæus, *vol.* 1. *part.* 3. *consult.* 29.

num. 91. post Ingolstadienses, nostri quoque beati Antecessores, apud Besoldum, *d. cons.* 243. *num.* 22. & *cons.* 221. *numer.* 39.

Ex quo ita laudatus modo Regens de Marinis: Nam, ait, uterque si interrogatus fuisset, tàm Filia renuncians, quam Pater acceptans, utique respondissent, talem Renunciationem facere contemplatione Masculorum, cum alia non possit considerari causa, nisi Familiæ conservationis; idque etiamsi Renunciationis verba essent amplissima. *resol. Jur. lib.* 2. *cap.* 89. *num.* 4. & 5.

Wieviel mehrers wird dann diese Regul in casu proposito *anschlagen*, *da die selige Frau von S. in mehr angezogenem* Interims-Recess de Anno 1648. *sich* solennissime *und auß-trücklich verwahrt*, *daß ihre damalen zu* præstiren *versprochene* Renunciation ALLEIN *gegen ihren leiblichen Brüdern*, *und also* dem Mannlichen Stammen zum besten, (cujus equidem conservatio quod ne quidem per Fœminas ex ipsis Fratribus, qui renunciationem ab ipsa acceptarunt, obtineri valeat, præter rei evidentiam, plena manu statuminat Carolus Antonius Bottilierius, *de Succession. ab intest. cap.* 1. *num.* 19. & *mult. seqq.*) *eingerichtet werden solle?*

Ubi sane cum Renuncians, indifferenter, se & suos quoque Filios, ad conservandum Familiæ splendorem, sua hæreditaria portione privaverit, nemo, vel communi sensu præditus, reputabit vel prætendet, ipsam Fratris quoque Filias, Neptes, Proneptes, in consideratione habuisse, quod quicquam ad illas, de hac sua portione, fratribus sublatis, pervenire deberet; argumento à minori probabilitate, ut in Scholis loqui amant, ad majorem perducto; quod in jure validissimum. vid. Frommannus, *d. Diss. th.* 75.

Nam & dicto, SOLI, in vernacula, ALLEIN, (ut hic: allein *gegen ihren Brüdern*) omnes alios excludit. *per l.* 2. *ff. d. us.* & *habit. l.* 1. *in verb. Soli Domino. ff. d. condict. furt. l.* 3. *ibi.* Solus Princeps. *Cod. Si advers. rem. judic. l.* 1. *Cod. ubi* & *ap. quem. l. His solis. Cod. d. revoc. donat. C. quæ sicut. in princip. X. de V. Sign.* prolixe Decius, *ad l.* 1. *num.* 5. *Cod. d. Bon. poss. contra tabb.* Seraphin. de Seraphin. *decis.* 820. *num.* 6. Dominicus

nicus de Magdalenis de numero testium testamentar. *part.* 1. *cap.* 16. *num.* 182. Rota Romana ap. Farinacium, *Dec. recentior. part.* 1. *Dec.* 449. *n.* 9.

Et haud dubie Pactum personale, seu Renunciationem personalem constituit, ac propterea nullam ad alias personas Extensionem admittit; per ea, quæ tradit Franciscus à Sousa, *in comm. ff. d. pact. art.* 9. *q.* 2. *num.* 7. Vincent. de Franchis, *Decis. Neapolit.* 123. *num.* 4. Augustinus Barbosa, *de dictionibus usu frequentior. Dict.* 402. *num.* 3. 4. & 5.

Et in terminis hujusmodi Renunciationis, post Surdum, Menoch. Molfes. Joh. Dominicus Pansutus, *contr. for.* 20. *n.* 85. & *num.* 105. ubi dicit, quod renunciatio, quantumvis generalis, non trahatur nisi ad personas tantum expressas, quarum contemplatione fit.

Ubicunque enim ipsius Renunciantis voluntas, verbis determinantibus, &, respectu Subjecti, taxativis expressa, ibi utique in illis, ad quos Renunciatrix semet ipsam restrinxit, eorumque Descendentibus, totus istius Renunciationis effectus terminabitur. ut in simili Paulus Æmilius Gallus, *tract. d. except. part.* 1. *tit.* 2. *exc.* 1. *num.* 47. Joh. Baptist. Hodierna, *ad l. Hac Edictali.* 6. *Cod. d. S. N. q.* 11. *n.* 55.

Ex hac indubitata, & in Jure frequenti (ut bene observat Joh. Stuckius, *cons.* 1. *num.* 315.) voluntatem agentium prudenter & legaliter eruendi regula, quod limitata causa, à qua omnis ejusmodi Renunciatio regulanda (ut ex Decc. Rot. Rom. hanc in rem loquitur Marta Neapolitanus, *tom.* 3. *tit. Renunciatio. cap.* 42.) etiam limitatum producat effectum. *arg. l.* 16. *d. A. R. D. L.* 2. *de his, quæ in test. delent.* & per plura congesta August. Barbosæ, in axiomat. voc. Limitatio, axiom. 2. Johann. Petr. Actolin. *Resol. Jur.* 113. *num.* 4. post plures, quos laudat Mundius à Rodach. *vol.* 2. *cons.* 10. *num.* 311.

Hoc ipso namque Fine Renunciationum Instrumenta, *die* Verzüchts-Instrument, *oder* Verziegs-*Briefe* (ut Besoldus illa vocat *in Thes. suo pract. voc. Verzug Adelicher Tœchtern*) conficiuntur, ut in omnem casum constet, quid inter Partes actum sit? nempe non solum subjective, & objective; verum etiam Formaliter, & sic deinceps; præcipue vero Finaliter, seu

ſeu quo Fine tum Filia illuſtris vel Nobilis renunciaverit, tum Parens, vel Fratres hanc renunciationem ab eadem acceptaverint?

Ubi equidem tenori iſtiusmodi Inſtrumenti procul dubio ſtandum. argum. *Cap. 7. X. de privil. cap. un. ibi:* Propter tenorem inveſtituræ. 2. *Feud.* 18. *l.* 126. §. 2. in verb. *Plerumque* in ſtipulationibus verba, ex quibus ea conditio oritur, inſpicienda ſunt. *ff. d. v. obl.* D. Frommann. *d. Diſſ. th.* 36. prolixe Stuckius, *part.* 1. *conſ.* 1. *num.* 138. *& ſeqq.*

Præprimis vero illud, circa proximè à nobis relata verba, annotari meretur, quod illa in ipſo Renunciationis Procemio occurrant: ut proinde tanto magis tota hæc Renunciatio ex eodem regulanda ſit; juxta ea, quæ in puncto, ex Bartolo, Purpurato, Barbatia, Curtio, Cravetta, Deciano, Oldrado, Natta, Corneo, Garſia, Menoch. Gratiano, Rota Rom. Buratto, Ludovviſio, & Royas, tradit Hieron. Rocca, *Selectar. Jur. Diſpp. vol.* 2. *cap.* 194. *n.* 27.

Für das Fünffte, *vvird dieſer Frauen* Renunciantin *eigentliche* Mens *und* Intentio *durch die, auß allen*, magno numero & cumulo *hiebey* concurrirenden Circumſtantiis, *gar ſtarck hervor leuchtende* veriſimilitudinem, *noch mehrers, und ſolcher geſtalten beſtærckt, daß vvir nicht glauben kœnnen, daß einig ohnpaſſionirter ein ander* judicium *von deren, im* Receſſ Anni 1654. *enthaltenen kurzen* Renunciation *der Vætterlichen Erbſchafft*, formiren *vverde kœnnen, als daß die vvolſeel. Frau* Renunciantin *ſich deß nunmehr* erfolgten ledigen Anfalls *durchaus nicht habe begeben vvollen. Dann vver vvolte doch glauben, daß, da dieſe* Dame, *in krafft, und nach Anleitung deß allgemeinen Herkommens unter dem Adel, ja auch nach Anleitung ihres eigenen Haußes hergebrachter* Obſervanz, *ſich der Vætterlichen Erbſchafft nicht* abſolute; *ſondern allein ſo lang und viel, biß der ganze Manns-Stamm* expiriret *ſeyn vvürde, und zvvar* pro ſua libera voluntate, (jungat. Kellenbenz. *d. tr. q.* 7. *per tot.* poſt Bolognet, & Dalner. Beſoldus, *in Theſ. pract. voc.* Verzieg Adelicher Tœchter. *pag.* 456. *verſ.* An autem Filia. Speidelius, *in Spec. ead. voc.* in toto, quod ibi exhibetur Reſponſo) *hatte* renunciiren, *und mithin ſie allein*, à Facul-

tate ſuis Fratribus & Parentibus actualiter ſuccedendi ſuſpendirt *hætte ſeyn dœrffen*; juxta ea, quæ legimus ap. Molfes. *p.* 3. *q.* 23. *num.* 5. Vincent. de Franchis, *Dec.* 194. *num.* 4. *in fin.* Menoch. *conſil.* 107. *num.* 75. Panſutum, *controv. for.* 20. *numer.* 199.

Sie hingegen, mit hindanſezung dergleichen, ſo vvol den favorem Familiæ ſeu Agnationis, *ſo lange dieſe für vvæhrt, als auch, vvann dieſelbe nunmehro* ceſſirt, *der* renunciirenden nobilium & illuſtrium Filiarum *ſelbſten vor augen habender billigmæßiger* Obſervanz, *an ſtatt einer ſolchen*, cum expreſſa, vel tacita, & in LLbus præſumta Regreſſus Reſervatione conjunctæ Renunciationis, *die Vætterliche Erbſchafft* abſolute *und* ſimpliciter *habe* repudiiren, *und ſich ſelbſten davon* in omnem caſum totaliter excludiren *vvollen.*

Sanè, ſicuti in caſu, quo Statutum, Fœminarum, *ob exiſtentiam Maſculorum*, excluſivum viget, cum onere Fœminas congruenter dotandi, tam Renunciatio, quam Patris Stipulatio, in dubio, non aliter facta cenſetur, quam *juxta illius Statuti formam*, ita, ut utraque à ſtatuto reguletur, & Fœmina non niſi intuitu Maſculorum, neque etiam diutius, quam illi adſunt, renunciaſſe intelligi debeat; eo quod quilibet contrahere cenſeatur attenta Statuti diſpoſitione; & quod in Statuto diſpoſitum eſt, perinde Contractui ineſſe videatur, ac ſi Pactum expreſſum deſuper initum fuiſſet; prout hoc, ex DDbus, plena manu exequitur laudatus Hodierna, *ad d. l. 6. q.* 11. *n.* 29. *& mult. ſeqq. Cod. d. S. N.* ex Hondedæo & Decio, Mercur. Merlinus, *tract. de Legitima, lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 5. *num.* 1.

Ita idem multo magis in propoſito admittendum erit, ex quo B. Domina à S. non ita ſimpliciter ad renunciandum obſtricta fuit, cum & ipſa hujusmodi Renunciatio, quam Nobiles Filiæ facere ſolent, liberi proprii juris, in Fratrum vel Agnatorum beneficium facta Renunciatio ſit, ex definitione Joh. Dominici Panſuti, *controv.* 20. *num.* 83. poſt Hoſtienſ. Caroli Antonii Bottilierii, *de ſucceſſion. ab inteſt. cap.* 2. *num.* 3. Addat. Herold. *de jur. repræſentat. cap.* 5. §. 1. *n.* 4.

Et Filiæ conſenſu deficiente, tota Renunciatio ipſo jure ſit

re ſit nulla. Hahn. *de jur. rer. concl.* 84. *num.* 17. Dn. Stryck. *de Succeſſ. ab inteſt. Diſſ.* 8. *cap.* 10. §. 17.

Et nullum hucusque à Libera Imperii Nobilitate Statutum ſit conditum, cujus vi Filiæ, etiam invitæ, ad renunciandum compelli poſſint, vel plane pro ipſo jure renunciatis haberi debeant. Nam &, licet *Nicolaus Everhardus* perhibeat, quod in inclyta Franconiæ Nobilitate hoc recepti moris ſit, ut Filiæ nobiles pro ipſo jure renunciatis habeantur; *vol.* I. *conſ.* 6. Tamen hoc ſatis dubium redditur ex illis, quæ prolixius de hoc diſputat Joach. Mynſingerus, *decad.* I. *Reſp.* 10. *num.* 11. 31. *& ſeqq.* ubi late hoc exequitur; & ita inter alia: Tertium, inquit, fundamentum quia talis ſit conſuetudo totius Franconiæ, quod Comitum, Baronum, Nobilium Filiæ, ſi competenti Dote elocentur, non admittantur amplius ad Succeſſionem ullam; ſed pro renunciatis & extraneis Filiabus habeantur, hæc Defenſio magnam firmitatem haberet, ſi probata exiſteret: Sed non eſt probata, utcunque in hoc multum ſtudii & laboris ab Adverſariis impenſum ſit.

Wer vvolte, 2. *dazumalen es nicht allein umb die* paternam; *ſondern auch die* maternam, *ja auch umb die* Fraternas Hæreditates, *als denen die Frau von S. allein inſonderheit* renunciirt, *zu thun gevveſen, vor vvahrſcheinlich erkennen, daß, da ſie vorher* Anno 1648. *ihrem* Succeſſions-*Recht nicht alſo* prolixe, ſpecialiter, *und* emphaticè, nempe tum in Paternis, tum in maternis, imo etiam in Fraternis Bonis: *ſondern nur* generaliter *zu* renunciiren, *und zvvar einig und* allein gegen ihren leiblichen Brüdern, und alſo dem Mannlichen Stammen zum beſten, *Verſpruch gethan, ſie, in deren* Anno 1654. *zu folge und vollziehung ſothanen Verſpruchs, gethanen* Actuali Renunciatione, *ein vveit mehrers und ſchædlichers, als ſie vorhero verſprochen gehabt, ſolte eingegangen haben? Vnerachtet, daß nicht allein ihre beede Herren Brüdere mit gemeltem Verſpruch vveiters nicht, als* allein gegen ihnen Herren Brüdern, und dem Mannlichen Stammen zum beſten, conſequenter *vveiters nicht, als biß auff Ergebung eines* à Maſculorum Succeſſione *erledigten Anfalls, zu* renunciiren *vvol vergnüget gevveſen; ſondern daß auch in offtbeſagtem Ver-*

zichs-

züchts-Receſſ de Anno 1654. *von einer andern hiervon abvveichenden, und ſie Frau von S. ihres Erb-Rechts* abſolute *und* totaliter *beraubender* Intention *nicht ein Buchſtab enthalten: ja vielmehr auch in ſelbigem ein nicht unlauteres* Pactum reſervatorium, eo ipſo, annectirt, *vveil auch ſolcher* auſstrucklich auff den Adelichen Gebrauch deſs Landes in Francken, *vvie auch auff deß Hoch-Adelichen Rüdiſchen* Geſchlechts Herkommen dirigiret *und eingerichtet.*

Mutatio verò jam priùs ſpecificè declaratæ Voluntatis, in dubio, haudquaquàm præſumi debet; *jx. tx.* expreſſum *in L. 22. d. probat.*

Tametſi de eo, quod ex intervallo factum, quæſtio oriatur; poſt Jaſonem, Alciatum, Cravettam, Pariſium, Jacob Menochius, *d. præſumtion. lib. 6. præſumt. 37. n. 28.* junctis ibi præced.

Bey vvem ſolten vvol, 3. *die Gedancken entſtehen kœnnen, daß Sie Frau von S. gegen* Conſtituir-*und* Aſſignirung *eines* ziemlich geringen Heurath-Guths, *da Ihro mehr nicht, als* ein tauſend Reichsthaler pro dote *verſprochen, und nicht einmal ihro* realiter *bezahlt; ſondern einig und allein ſolche Jährlich zu verzinßen Verſpruch gethan vvorden, ihre Vatterliche, Mütterliche und Brüderliche Erbſchafften* per modum totalis Abdicationis & Repudiationis, *ſo gar überlaſſen und abtretten vvollen, daß vvann auch ihre zvveen einige Herren Brüder, oder hinterlaſſende Eheliche Leibes-Erben*, ſeu maſculini, ſeu fœminini Sexus, *dieſes Zeitliche geſegnen vvürden, ſie geſchehen zu laſſen* intentionirt *gevveſen, daß ſie und ihre, vielleicht damahls ſchon gehabte, leibliche Kinder.* Nam, quin renunciatio non ipſam duntaxat renunciatricem; verum etiam ejus Liberos & Hæredes excludat, quamdiu nimirum Maſculinum Stemma durat, ſeu Conditio pacti reſervativi adhucdum pendet, dubitandum non eſt, per generalitatem *Leg.* 14. *Cod. d. rei vindic.* & in terminis definita à Carolo Cerro, Cardinali, *Deciſ. Rot. Rom.* 905. *n.* 26. Donato Antonio de Marinis, *Allegat. Jur.* 3. *num.* 11. Hartmanno Piſtoris. *Qq. lib.* 4. *Q.* 6. *num.* 32. *Von allen ſothanen Erbs*-Portionen, *und inſon-*

insonderheit von der Vætterlichen, ganz und gar excludirt *seyn; und hingegen dieselbe gar auch Land-fremde Leute, die der zulezt-ableibende Herr Bruder, oder anderer* Masculus *zu seinen Erben ernennen vvürde, an statt ihrer, vvegnehmen, und mit ihrem so grossen Schaden*, absque ullo ad hæc Bona, ullo casu, regressu, *genießen und haben sölten? unerachtet,*

Daß auch, Viertens, *in besagten Verzüchts* Recess expressè *gemeldet vvird, daß auf den Fall, vvann NB. einer von ihren lieben Herren Brüdern*, ohne Leibs-Erben, absterben vvürde, *alsdann ihro noch vveiter* 400. *Reichsthaler gereicht vverden sollen. Welchem nach ja um so vveniger eine Ursach zu zvveifeln, daß dieselbe vielmehr auf diesen nunmehro erfolgten* Casum, davon *NB.* beeden Herren Gebrüdern kein Masculus Successor *mehr vorhanden und im Leben, ihr*, in gratiam Fratrum & Stemmatis masculini renunciirtes, Successions *Recht auf das kræfftigste und gültigste habe* reserviren *vvollen; und deß durchaus nicht auch* istum in Casum, per modum absolutæ Repudiationis, *sich zuentschlagen die* Intention *gehabt.*

Sanè hanc tàm damnosam Præsumtionem qui fovendam existimet, in quot non bonæ, & in ista Renunciationum materia inter omnes receptæ, interpretationis Regulas impinget?

An non enim, quæ prima, sicut etiam aliarum Actionum humanarum; ita talium imprimis Renunciationum interpretandarum Regula est, Actum dubium ita semper interpretari Jura nostra præcipiunt, ut ille Agenti sit minus damnosus, & maximè utilis, quàm esse possit? Cùm hæc utique naturalis actum aliquem gerentis intentio sit, ne sibi noceat? cum Beccio, Surdo, Hondedæo, & Aliis, Franciscus Niger Cyriacus, *controv. for.* 474. *num.* 60. *& seq.* Joh. Cephalus, *cons.* 605. *n.* 5. post plures, quos laudat Hieronymus Rocca *selectar. Jur. disp. Vol.* 1. *cap.* 55. *num.* 47. Joh. Bapt. Hodierna, *ad L. Hac Edictali* 6. *Cod. d. S. N. Q.* 11. *num.* 110. post Decium, Socin. Senior. & Sigism. de Bononia, Jul. Caponus, *discept. for.* 295. *num.* 2. Cravetta, *cons.* 14. *n.* 8. Parisius, *P.* 4. *Cons.* 53. *num.* 4. Rota

Romana, ap. Farinac. *in Decc. recentior. part. 2. Dec. 596. num.* 4. Tiraq. d. *retract. Lignag.* §. 30. *Glosf.* 1. *num.* 34.

Quam doctrinam in terminis, quod ajunt, terminantibus, huic ipsi Renunciationis materiæ, in simili, ex Grato, Decio, Socino Seniore, & Beccio accommodant beati Dnni Antecessores, ap. Besoldum, *d. conf.* 171. *num.* 101. *& seq.* Joh. Georg. Besold. *ap. Eund. conf.* 243. *num.* 31. B. Collega noster, Dn. Frommannus, *in differt. de Existent. condit. Pacti renunc. hæredit. reservativi, th.* 74. ubi ex Kellenbenzio, *Q.* 26. *num.* 7. *Q.* 31. *num.* 17. *Q.* 32. *n.* 9. & Petro de Benintendis, *Decis.* 72. *n.* 5. has Renunciationes ita interpretandas dicit, ut, quàm minùs possit fieri, Puellæ lædantur, & ut, quantum possibile, eis minùs per illas præjudicetur, quamvis Renunciatio ample sit facta; ex Æmilio Gallo, & Hodierna, Locis ibi adductis, Phil. Matthæus, *in conf. Marpurg. Vol.* 3. *conf.* 24. *num.* 14. Joh. Gœddœus, in iisdem *consil. Vol.* 1. *conf.* 26. *num.* 208. Kellenbenz. *d. Q.* 31. *num.* 17.

Quomodo etiam Statuta Fœminarum, in gratiam Masculorum, *exclusiva*, ceu Juris communis, utrumque sexum ad Successionem ex æquo admittentis, *correctoria*, ita interpretanda dicunt, ut hoc ipsum jus commune & æqualis Successio minùs, quàm fieri potest, lædatur. Peregrin. *lib.* 1. *conf.* 51. *n.* 118. Altograd. *lib.* 1. *conf.* 64. *num.* 3. Andreol. *controv.* 63. *num.* 8. Palma, *conf.* 50. *num.* 3. *&* 8. Cyriac. *controv.* 284. *num.* 46. post Paris. Hondedæ. Cephal. Caball. Ciroc. Gilian. & Alios, Hieron. Rocca. *Select. Jur. Disp. Vol.* 1. *cap.* 38. *num.* 15. *&* 16.

An non, 2. in hâc materiâ una Omnium vox est, quod Renunciationes sint strictissimi Juris, & propterea strictissimè interpretandæ, ita ut Jus Commune, æquè Filias ac Filios ad Successionem Parentum vocans, quoad fieri potest, per easdem non lædatur? Gail. *l.* 2. *Obs.* 140. *num.* 12. Christinæus, *Vol.* 1. *Dec.* 279. *num.* 3. Carpzov. *part.* 2. *Const.* 35. *Def.* 15. *num.* 3. Kellenbenz. *d. tr. Q.* 7. *num.* 14. Höpingk. *conf.* 4. *pag.* 231. post Innoc. & Paul. de Castro, Joh. Stuckius, *conf.* 1. *num.* 336. ubi idem de tali Consvetudine affirmat. Donat. Anton. de Marinis, *Resol. Jur. lib.* 2. *c.* 292. *n.* 17. Peck. *de testam. conjug. lib.* 4.

cap. 22. *num.* 1. Vultej. 2. *conf. Marpurg.* 29. *num.* 62. & 63. Richter. *Decis.* 69. *num.* 29. Klock. *tom.* 4. *conf.* 13. *num.* 23. Heeser. *d. acquæstu conjugali, part.* 2. *Loc.* 20. *num.* 3. & *sq.* D. Frommann. *d. l. θ.* 77. Joh. Cephalus, *conf.* 334. *n.* 51. Richter. *Dec.* 69. *n.* 29. Franc. Merlinus, *Dec. Rot. Lucensis*, 45. *num.* 10. Paul. Æmilius Verallus, *Dec. Rot. Rom. part.* 3. *Dec.* 308. *num.* 4. Horat. Giovagnon. *Respp.* 1. *Resp.* 108. *n.* 50. Carolus Cerrus, Cardinalis, *Dec. Rot. Romanæ.* 616. *n.* 11. Ac proindè quoque illæ ultra expressa & Specificata extendi haud debeant; ex Surdo, Bursato, Purpurato, & Aliis, Joh. Petr. Actolinius, *Resol. Jur.* 40. *num.* 2.

Imò etiam aliquod minimum ad extensionem Renunciationis excludendam sufficiat; ex Surdo, Gabriel, & Rota Rom. Hieronym. Rocca, *selectar. Jur. dispp. Vol.* 1. *cap.* 55. *num.* 41.

An non, 3. ex communi Interpretum Sententia, propter illam generalem, de Sexu muliebri tenacitatis & avaritiæ præsumtionem, cujus vi Fœminæ nil donare præsumuntur. *L.* 4. §. 1. ibi: Facilius mulier se obligat, quam donat: *ad SCt. Vellej. l.* 23. §. *ibi:* Imò incongruens est, & contra Sexus naturam (scilicet ut donet) *ff. d. donat. int. V. & V. L.* 16. *ibi:* Donationis titulo, quod raro accidit. *Cod. d. donat. ant. nupt.* ubi omnes Scribentes. Alex. Sperellus, *in Decc. fori Eccles. part.* 2. *Dec.* 157. *num.* 30. *in verb.* Præsertim in Fœmina quæ præsumitur avarissima. Camill. Borellus, *controv.* 4. *num.* 33. & *controv.* 56. *num.* 68. hæc ipsa Præsumtio, quod Fœmina, paternæ Hæreditati renuncians, hoc non aliter fecisse intelligatur, quam quod sibi, minimum in casum extincti Stemmatis masculini, *Regressum ad illam reservare voluerit*, tanto fortior redditur? ut in terminis advertit, ex Glossa & Baldo, Nicol. Betsius, *d. pact. famil. illustr. cap.* 4. *pag.* 98. ubi scribit: Non facile Renunciationes à Fœminis, sine causa, & sine reservatione alicujus spei succedendi, factas esse præsumi; cum sint liberæ, & Mulierum genus alias avarissimum & tenacissimum sit. Dr. Frommann. *d. Diss. th.* 44. *in fin.* & *th.* 47. *pag.* 55. A qua valde efficaci Juris præsumtione illos, qui talem Renunciationem, qualem hic ventilamus, in tàm grave & grande Re-

nunciatricis intertrimentum, in dubio, interpretandum putant, imprimis erroris convinci arbitramur.

An non, 4. admissa contraria sententia, etiam in illam bonæ interpretationis Regulam impingere oportet, qua dicitur, de Filia, paternæ vel alii Hæreditati renunciante haud quaquam præsumendum esse, quod illa alienam à causa Renunciationis finali Posteritatem vel Familiam, sibi suisque Successoribus & Hæredibus præferre voluerit; jx. tx. expressum jam supra adductum *in l.* 30. in verbis: Ne videatur Testator alienas Successiones propriis anteponere. *Cod. d. fideicomm.* Kellenbenz. *d. q.* 39. *num.* 18. post Cravettam, & Castrensem, Richter. *vol.* 6. *cons.* 3. *num.* 24. D. Frommann. *d. Diss. th.* 76. *in fin.* in simili Bb. Dmni Antecessores, apud Besoldum, *cons. Tub.* 221. *num.* 37. *& cons.* 243. *num.* 24. ubi dicunt, hoc Juris præsumtionem, ex qua imprimis voluntas contrahentium elicienda sit, suadere, quod quis Extraneum, ignotum, alienæque familiæ, Domus, & conditionis, sibi suisque minime voluerit præferre.

Imò, an non, 5. hoc modo, totam Juris dispositionem de magis dilecto (ex quo tamen argumento præpotentem conjecturam, & ipsis verbis, modo illa probabilem dubitationem recipere possint, præponderantem Interpp. colligunt; ex Socino, B. Dn. Lauterbach. & Dn. D. Schober, in diss. *de Magis dilecto, cap.* 1. §. 10.) subruere oportet; cum tamen Juris etiam naturalis censeatur, ut quis seipsum maxime diligat, & Bona potius sibi, quam aliis, exoptet? juxta illa vulgatissima: Proximus sum egomet mihi. Charitas rectè ordinata incipit à seipsa. Tunicam pallio propiorem esse, & quæ talia sunt plura. Jungat. Schilter. *in manuduct. Philosoph. moral. ad Jurisprud. cap.* 5. §. 13. Brunnemann. *ad l. un. in fin. Cod. ne quis in sua caus. judic.*

Quomodo igitur, his salvis, præsumi poterit, B. Dominam à S. in favorem eorum, de quibus ipsa nunquam vel somniavit, Patris Hæreditati renunciare voluisse, adversante & illo: Ignoti nulla cupido? in individuo Domini Antecessores, *d. cons.* 171. *num.* 92.

Et

Et, ut nec illam alteram de magis dilecto considerationem pudendo silentio prætervehamur, an non ita dicendum foret, quod tum Parens, cui fit talis renunciatio, tum ipsa Filia renunciatrix Neptes ex suo Filio, respective suo Fratre, easdemque nec dum natas, ac propterea nec notas, longe impensiore quam proprios Liberos, nempe Pater illam Filiam renunciatricem, & hæc propriam suam sobolem, complectantur amore?

Contra tx. in *L. Si viva matre.* verbis: Ut in hoc casu deteriores esse nepotibus Filiis non sinantur. *l. Filiabus. l. Publius. §. Titia. ff. d. condit. & demonstrat.* & ea, quæ in simili, post Jaffredum Lanfrancum, Cardinal. Albanum, Sylvanum, & alios, notavit Vivius, *in Deciss. Neapol. Dec.* 414. *num.* 13. Tessaur. *Dec.* 188. *num.* 13. Petrus de Luna, *cons.* 47. *num.* 77. *& seqq.* Carolus Anton. Bottilierius, *de Success. ab intest. cap.* 1. *num.* 8. post Socin. Junior. Menoch. Paris. Alciat. Hodiernam & Mattam Rocca, *Selectar. Jur. Dispp. vol.* 1. *c.* 55. *num.* 24. ubi renunciationem, secundum ordinem affectionis, regulandam esse dictitant. Donatus Antonius de Marinis, *Resoll. Jur. lib.* 2. *cap.* 189. *num.* 1. ubi scribit, hinc maximam resultare iniquitatem, si ex tali stipulatione, pro se & Hæredibus, Hæredes extranei, & sic Transversales, ab intestato venientes, ad exclusionem propriæ sobolis admitterentur &c.

An non, 6. quô proprior & magis radicata, ad Bona, quibus Filia Nobilis renunciat, Regressus spes est, tanto minùs iisdem absolutè & simpliciter, cum totali & plenariâ istius Regressus abdicatione, renunciatum censeri debet? Sicut enim spes Regressus, in casu, ubi multi Masculi adsunt, valde lubrica est, & à valdè remoto eventu dependet: Hieron. Pantschmann. *pract. Qq. lib.* 2. *Q.* 5. *num.* 30.

Ac propterea in nulla propè consideratione habetur, vel multùm æstimatur, ex Bartolo, Jasone, Decio, Bursato, Barbosa *locupl. axiom. lib.* 17. *cap.* 45.

Ita sanè è diverso spes tàm propinqua, & vel maximè radicata, ubi, mortuis duobus solummodò Fratribus, quorum alter præthereà in cœlibatu vivit, Regressus ad Bona, quibus

Filia renunciat, non ſaltem certus; ſed & proximus eſt, procul dubio valde conſideratur & æſtimatur; argumento eorum, quæ traduntur ab Eodem, *d. cap.* 45. *in fin.*

An non, 7. Contrariæ Voluntatis Præſumtioni illa quoque Juris Ratio maximè adverſatur, quâ dicunt, quòd, quoties, ex aliqua Diſpoſitione, quis, favore alicujus, à Lucro excluditur, ex eadem Diſpoſitione, ceſſante Favore, Lucrum illud ei rurſus concedi debeat, qui, contemplatione illius alterius, ab eo remotus fuit? per congeſta à Dominis Anteceſſoribus, *d. conſ.* 243. *num.* 25. Quibus addimus Seraphinum de Seraphinis, in tract. *d. privill. Juram. privil.* 21. *num.* 32.

An non, 8. omnes, quotquot de iſta Renunciationum materia nobis aliquid tradidêre, hanc ubique, ceu immotam & invulnerabilem, nobis Regulam objiciunt, quòd Renunciatio, ratione tùm ſubjecti, tùm Objecti, tùm Finis, limitata limitatum & ipſa producat effectum? Videant. quæ exhibet, B. Frommann. *d. Diſſ.* θ. 38.

Annon, 9. ut hoc paulo Specialius hîc ſubnectamus, unanimi omnium ore adſtruitur, quod renunciationes, certarum perſonarum contemplatione factæ, his etiam ſolis prodeſſe debeant? Surd. *conſ.* 446. *n.* 14. Manent. *Dec.* 24. *num.* 13. Franciſc. Niger Cyriacus, *controv.* 475. *num.* 14.

Illis vero ceſſantibus ſive deficientibus renunciatio ſucceſſionem non amplius impediat: poſt Boer. Cravett. Covarruv. & alios, Nicol. Reuſner. *lib.* 2. *conſ.* 12. *n.* 64.

Quo & pertinet illud vulgo circumferri conſvetum: Quod incluſio unius ſit alterius excluſio. *L.* 12. *in fin. d. judic. L.* 8. *princ. d. accuſat.* copioſè Pariſ. *lib.* 2. *conſ.* 20. *num.* 41. *&* *conſ.* 23. *num.* 24. ubi dicit, quod Statutum, includens unam perſonam, aliam excludat. Reuſner, *d. conſ.* 12. *num.* 65.

Quibus illa parallela, in eâdem hac materia hinc inde occurrit vulgatiſſima Regula, quod, ſi hujuſmodi renunciatio ſingulari favore erga certas perſonas, *aus ſonderbarer* Affection *allein gegen den leiblichen Brüdern*, celebrata probetur, illa ultra perſonas ſingulariter reſpectas extendenda ſit neutiquam. Bb. Dnni Anteceſſores, ap. Beſoldum, *conſ.* 171. *num.* 31. *cum ſqq. &* *conſ.* 221. *num.* 35. poſt plures, Johann. Dominicus Panſutus,

ſutus, *contr. for.* 20. *num.* 85. ubi ita inter alia: Hæc, ait, renunciatio cum ſit perſonalis, (Quam etiam translativam, in contradiſtinctione ad Realem ſeu Extinctivam, ibidem appellat, *num.* 87. & 88.) ſi certæ perſonæ contemplatione facta reperiatur, locum tantum habet in cauſa expreſſa, neque extenditur de cauſa ad cauſam, ſcilicet ultra perſonas comprehenſas in illa renunciatione, & facta in beneficium unius alteri prodeſſe nequit. &c. poſt plures, Gœddœus, *in conſ. Marpurg. vol.* 1. *conſ.* 26. *n.* 219. & *ſeq.* D. Frommann. *d. Diſſ.* θ. 8. *pag.* 15. qui hanc, certam Voluntates interpretandi & conjiciendi Regulam appellat.

An non, 10. quævis, etiam jurata, renunciatio hanc clauſulam annexam habere cenſeri debet, Rebus ſic ſtantibus & perſeverantibus? *Cap.* 2. *X. d. renunciat.* poſt plures, quos laudat & ſequitur Merlinus, *tr. de Legit. lib.* 3. *tit.* 1. *Q.* 5. *num.* 1. & *ſeqq.* Nicol. Reuſner. *lib.* 1. *conſ.* 21. *n.* 138. & 140. Blaſius Michalorius, *in tract. de fratr. part.* 3. *cap.* 12. *n.* 74. Gutierrez. *de juram. confirmat. part.* 1. *Cap.* 71. Mundius à Rodach, *Vol.* 2. *Reſp.* 10. *num.* 291. Brunnemann. *conſ.* 91. *num.* 40. & *ſeqq.* Actolinius, *Reſol. Jur.* 55. *num.* 16. Hodierna, *ad L. Hac Edictali. Cod. de S. N. Q.* 11. *num.* 74. Hondedæus, *vol.* 1. *part.* 3. *conſult.* 36. *num.* 18. Everhard. Junior. *vol.* 1. *conſ.* 32. *num.* 4. & *mult. ſeqq.* Tiraquell. *tract. Ceſſante cauſa. P.* 1. *n.* 97. Boerius, *Dec.* 204. *n.* 21. Guido Papæ, *Deciſ. Gratianop.* 192. Mich. Graſſus, *comm. concluſ. cap.* 10. *Q.* 2.

Adeoque in propoſito, quamdiu Familia ſeu Agnatio duraverit; Joh. Georg. Beſold. ap. Fratrem Chriſtophorum, in Conſſ. Tubingens. *part.* 5. *conſ.* 243. *num.* 20. Caſpar. Klock. *tom.* 3. *conſ.* 126. *num.* 6. & *ſeqq.*

Mutato vero rerum Statu etiam renunciatio non amplius locum habeat? per ea, quæ legimus ap. Menoch. *conſ.* 27. *num.* 47. Gratian *diſc. for. cap.* 863. *num.* 17. Merlin. *controv.* 32. *num.* 22. Rovit. *Dec.* 44. *num.* 28. & 29. Atque adeo, Maſculis deficientibus, & ſic vel maximè mutato rerum Statu, Fœminam non amplius à Succeſſione debere arceri? in individuo Joh. Domin. Panſutus. *d. controv.* 20. *num.* 116.

An-

An non, 11. hanc noſtram Deciſionem ipſa etiam Æquitas apertiſſime commendat? Qvid enim iniquius, quam ut beata Domina à S. acceptâ præſertim ſatis modica Dote, non ſatis provida (ſi adverſa ſententia veritate niteretur) ſua Renunciatione, Familiæ conſervandæ cauſa, tum ſecundum aperta ipſiusmet verba, tum ex L L. certiſſima præſumtione facta (jungat. Beſoldus, *d. conſ.* 243. *num.* 17. Merlinus, *de Legitima*, *lib.* 1. *tit.* 4. *Q.* 3. *n.* 44. Betſ. *de pact. famill. illuſtr. p.* 767.) ſe à proprio patrimonio excluſiſſe cenſeri, ut omnem ſibi aditum, etiam ceſſante excluſionis Ratione, ad Bona paterna voluerit adimere? Beſold. *d. l. num.* 25. & *conſ.* 171. *num.* 103.

An non, 12. contra hanc quoque Regulam ita impingeremus, quod Renunciatio non extendatur de caſu ad caſum, de caſu, ſi Stemma maſculinum expiraverit, ad caſum, ſi nullas, etiam ex Maſculis Fœminas ſuperfore contigerit? contra ea, quæ paſſim à Noſtris notantur *ad l. Qui cum Tutoribus. ff. de Transact.* & ad *l. Ita Scriptum.* §. *ſi ſub conditione. de Legat.* 2. Phanuc. de Phanuc. *de invent. hæred. num.* 237. Joh. Dom. Panſutus, *d. controv.* 20. *num.* 20.

Neque enim Renunciatio ad alia pertinet, vel porrigi valet, quam de quibus fuit actum. Johannes à Sande, *Dec. Friſic. lib.* 4. *tit.* 1. §. 14. Sive ultra expreſſa. Marta Neapol. *in Dig. noviſſ. tom.* 3. *tit. Renunciatio. cap.* 42. videat. imprimis Nic. Reuſnerus, *lib.* 2. *conſ.* 11. *n.* 40. & *ſeqq.* Joh. Stuckius, *part.* 1. *conſ.* 12. *num.* 59. & 60. Dr. Frommann. *d. Diſſ. th.* 74.

An non, 13. admiſſa contraria opinione, indeclinabiliter dicendum foret, quod omnia ſuperius relata verba, Allein gegen meinen Brüdern, *dem Mannlichen Rüdiſchen Stammen zum beſten, deren unter der* Ritterſchafft des Landes zu Francken üblichen Gevvohnheit zu folge. &c. juratæ iſti Renunciationi inutiliter & fruſtrà adjecta fuerint? Cum tamen in omnibus his renunciationibus non ſaltem Clauſulæ illis adjectæ; ſed ne minimum quidem verbulum ſine virtute aliquid operandi ſtare debeat: Ut in terminis tradit Baldus, ad *rubr. Cod. d. contr. emt. part.* 9. & complurib. rationib. atque autoritatibus comprobat Decius, *conſ.* 208. Cravetta, *conſ.* 135. *num.*

num. 24. Nic. Reuſner. *l.* 1. *conſ.* 12. *num.* 61. ubi ita, his ipſis ſpecificis in terminis: Quod autem multa eſſent ſuperflua in renunciatione, ſatis ex Scriptura ejus colligitur. Nam ſatis fuiſſet jurare, de Patri Georgio non ſuccedendo: ac propterea omnino otioſa forent verba illa: *Dievveil einer dieſes Nahmens und Stammens im Leben vvare*, ut & illa: *doch allein gegen Herrn Caſparn und ſeinen Sœhnen.* Adde plura ex Stuckio, *part.* 1. *conſ.* 1. *num.* 26.

Annon, 14. inter omnes hoc perſonat, tanquam approbatiſſimum Juris brocardicon: *Quod Renunciationes ſecundum mentem & intentionem Renunciantium intelligi debeant?* ex Beretta, Gallerato, Cravetta, Cancerio, Bimio, & aliis, Cyriacus, *controv.* 474. *num.* 43. Reuſner. *lib.* 1. *conſ.* 21. *num.* 180.

Æque ſcilicet, ac in omnibus, veris vel quaſi traditionibus explorati juris eſt: Quod ejus potiſſimum, qui donat & tradit, cujusque gratia & contemplatione ipſe traditum velit, quam ejus, qui accipit, voluntas ſpectanda ſit. Larrea, *Dec. Granat.* 86. *num.* 14. *vers.* Quia in traditionibus. Molfes. *ad Conſuetud. Neapol. tom.* 3. *tit. d. renunciant. Q.* 3. *num.* 37. *& ſeqq.* Hieron. Rocca, *ſelectar. Jur. diſpp. vol.* 1. *cap.* 56. *n.* 26. Hieron. Gabriel. *lib.* 2. *conſ.* 131. *n.* 10. *& ſeq.* Molina, *de Juſt. & Jur. tom.* 3. *Diſput.* 579. *num.* 19. *in fin.* Cum Covarruv. & Sanchez, Donatus Anton. de Marin. *Reſoll. Jur. lib.* 2. *cap.* 189. *num.* 32. Idem *ibid. cap.* 190. *num.* 9. *ubi* Judices omnino in hac materia cognoſcere jubet Paciſcentium mentem, quo rectius ſententiam in tali judicio dicere valeant.

Annon, 15. etiam illam hîc Regulam DDres commendant, quod ea, quæ certis conditionibus traduntur, exiſtentibus illis, repetantur juſtiſſime? per *tot. tit. Cod. de donat. quæ ſub mod.* Eo quod deficiente Conditione, ipſam etiam Renunciationem deficere neceſſe ſit? Quam ſententiam his ipſis in terminis adducit laudatus Reuſnerus, *d. conſ.* 12. *numer.* 62.

Annon, 16. etiam illud inter omnes πολυθρύλλητον eſt, quod quemlibet actum ita conveniat interpretari, ne alter contrahentium vel paciſcentium, cum maximo damno, deceptus remaneat? ut egregie in talibus reſpondit Cravetta, *conſil. ult.*

ubi dicit, fugiendam esse interpretationem, qua altera pars in damno maneat; tametsi verba repugnare videantur. Reusner. *d. conf.* 12. *num.* 88.

An non, 17. una omnium hic vox est, quod causâ renunciacionis sublata, ipsa etiam Renunciatio resolvatur, tollatur, cessare, deficere, evanescere debeat? *per l.* 35. §. 1. *ibi.* Si perpetuam causam servaturum. *ff. d. V. O.* Nic. Reusner. *lib.* 1. *conf.* 12. *n.* 86. Joh. Stuck. *part.* 1. *conf.* 1. *num.* 315. Donat. Anton. de Marinis, *Resoll. Jur. lib.* 2. *cap.* 189. *num.* 27. *in fin.* Quodque deficientibus eorum Personis, quorum contemplatione fuit renunciatum, etiam Renunciatio simul ipsa deficiat? Molfes. ad *Consuet. Neapol. tit. de Renunciat. q.* 3. *num.* 3. Lanar. *conf.* 49. Franc. de Ponte, *lib.* 1. *conf.* 39. *num.* 1. Rovit. *lib.* 1. *conf.* 23. *num.* 21. De Marinis, *lib.* 2. *Resol.* 189. *num.* 26. Reverter. *Dec.* 581. post Sanchez. Cancer. Novarium, & alios, Hieron. Rocca, *Selectar. Jur. Dispp. vol.* 2. *conf.* 194. *num.* 55.

Annon, 18. receptissima inter omnes conclusio est, quod sufficere debeat, Renunciationes, tanquam odiosas, ut supra jam diximus, saltem in aliquo verificari? Valenzuela, *conf.* 129. *num.* 43. Cabrer. de Metu *cap.* 13. *num.* 33. *& seqq.* Cavalcan. *in Decis. Fivizan. part.* 2. *Dec.* 22. *num.* 12. post Surd. Grat. Decian. Durant. Hieronym. Rocca, Episcopus Isclanus, *Dispp. Select. vol.* 1. *cap.* 55. *num.* 44.

Annon, 19. pro indubia regula etiam hæc venditatur, quod, in dubio, contra has renunciationes sit pronunciandum? prout cum Calderino, & Tiber. Deciano, hanc communem sententiam propugnat Matthæus, *in Conf. Marpurg. vol.* 1. *conf.* 20. *num.* 36. D. Frommann. *d. Diss. th.* 74. Et quæ talia porro plura, si prolixioribus nobis esse placeret, pro eadem sententia accumulari possent.

Auß diesem aber allen, so vvir biß daher angeführt, entstehet eine solche ganz ohngezvveifelte Verisimilitudo & efficacissima Juris Præsumtio, de haudquaquam à Beata Domina de S. prorsus renunciata, & in hunc quoque casum, omnino extincti Stemmatis masculini, abdicata paterna Hæreditate, *daß vvir nicht sehen kœnnen*, quo vel colore *die vviedrige meinung auch nur bescheiniget vverden mœge.*

Sicut

Sicut enim hæc tota Renunciationum materia à religioſo prudentis Judicis, per Conjecturas informato, arbitrio maximam partem dependet; prout optimè advertit, ex Deciſſ. Aldobrandini, Marta Neapolit, *in Dig. noviſſ. tom. 3. tit. Renunciatio. cap.* 19.

Ita conſtat, quod in omni humano negotio præſumendum ſit id, quod eſt veroſimilius: Nicol. Everhard. *in Top. legali, loc. à veriſimili.* Cacheran. *conſ.* 12. *num.* 60. Hondedæ. *vol.* 2. *conſ.* 88. *num.* 31. Cum id, quod veriſimile eſt, habeatur pro expreſſo; Matthæ. de Afflict. *Dec.* 44. *n.* 26.

Et veriſimilitudo altera dicatur natura, & pro veritate ac Lege habeatur; poſt Rolandum à Valle, Cravett. Menoch. Oldendorp. Cephalus, *lib.* 5. *conſ.* 708. *num.* 72. *& ſeq.*

Sic, ut ille, qui arguit à Veriſimili, perinde habeatur, acſi Legem allegaret; prout ex Tiraquello loquitur Merckelbach, apud Klockium, *tom.* 2. *conſ.* 70. *num.* 20.

Nullam vero majorem dari Veriſimilitudinem, quam quæ ex naturali ratione colligitur, quæ omne humanum Judicium dirigit, ex *l.* 1. §. 9. *d. obl. & act. l.* 4. *princ. ad l. Aquil. l.* 18. §. 2. *ff. commodat.* recte colligit Gœddœus, *in Conſ. Marpurg. vol.* 4. *conſ.* 37. *num.* 272. Quibus addi meretur tx. valdè notabilis in *l.* 13. §. 7. *ibi.* Cujus fidem tametſi ſufficit firmare ex ipſa naturali juſtitia &c. *ff. d. excuſ. tut.* & per ea, quæ habet Rolandus à Valle, *lib.* 1. *conſ.* 38. *num.* 39. nec non illa, quæ in terminis de hoc argumento à Veriſimili, in ipſa hac renunciationum materia, habet Phil. Matthæus, *in conſ. Marpurg. vol.* 1. *conſ.* 20. *num.* 35.

Ex quo ita in puncto *Donatus Antonius de Marinis*: Stat igitur ſine dubio, pro Filia, incluſionis veriſimilitudo, quæ ſola ſat eſſet ad Extraneum repellendum; Cum veriſimilitudinem pro ſe habens, illamque allegans, Legis caſum habere & allegare dicatur; quia jubet Lex, veriſimile eſſe ſervandum. Hinc Alexander, *in l. quod dicitur. num.* 17. *in fin. ff. d. V. O.* pro magno abſurdo habuit, in acquiſitione facta à Patre pro ſe & Hæredibus maſculis, ut Filia Fœmina in ea non comprehendatur; Maſculus vero Extraneus ſic; reddit rationem per hæc verba: Quia, ſi recipiens noluit includere filias

fœminas, non est verisimile, quod voluerit Extraneum Masculum, & excludere Filias proprias, quod esset absurdum. Ita ille, *Resol. Jur. lib. 2. Res.* 189. *num.* 7. *&* 8.

Und vvider diese unsere, bißhero gnugsam stabilirte, *Rechtliche* Decision, *mag im geringsten nichts irren, vvas* in præcedentibus, pro stabilimento contrariæ sententiæ, *an- und ausgeführet vvorden. Dann, ob es zvvar vvohl*, ad Primam Dubitandi Rationem *zu antvvorten, einig Ansehen haben mæchte, als ob die* Anno 1654. *vorgegangene* Renunciatio *keine* qualificata; *sondern vielmehr eine* simplex Renunciatio, *das ist, eine* Repudiatio Hæreditatis paternæ diu ante delatæ *sey: So ist doch dessen lauteres* Contrarium *nicht alleine aus dem, vvas in* proxime præmissis Rationibus Decidendi, *mit vielen unvervverfflichen und kræfftigen Rechts-Gründen, bevestiget vvorden, zur Gnüge dargethan; sondern es vvird auch diese unsere Rechtliche Meinung, noch vveiters, auch hierdurch*, ad abundantiam corroborirt: Quod in dubio potius *Qualificata*, quam *simplex* Renunciatio seu Repudiatio, præsumi debeat: Nunquam enim quis juri suo *absolute* & *simpliciter* renunciare præsumitur; sed hoc *expresse* actum esse probari debet; post plures, Menochius, *cons.* 1. *num.* 213. Car. Ruinus, *lib.* 2. *consil.* 127. *num.* 19. Aymo Cravetta, *cons.* 57. *num.* 5. *& cons.* 290. *num.* 1.

Eo quod imprimis hujusmodi absoluta Renunciatio nihil aliud sit, quam vera & irrevocabilis donatio, in illum collata, in cujus gratiam quis ita renunciat; *l.* 1. *ff. d. transact. l.* 23. *princ. d. donat.* Menoch. *d. l. num.* 114. Cravetta, *cons.* 77. *num.* 14. Aldobrand. *in lib.* 1. *cons.* 26. *num.* 19. Bottilier. *de Succession. ab intest. cap.* 2. *n.* 2. Reusner. *lib.* 1. *cons.* 21. *n.* 30. Francisc. Ansaldius, *cons.* 77. *num.* 30. *& seqq.*

Ac propterea quævis alia interpretatio potius, quam adeo damnosæ Juris renunciationis præsumtio, admittenda sit; *per l.* 25. *d. probat.* & Doctrinam Hodiernæ, *ad l. Hac Edictali. q.* 11. *num.* 103. *Cod. d. Sec. Nupt.* Camilli Borelli, *controv.* 4. *num.* 24.

Cum & in universum (ut jam supra firmavimus) omnis Renunciationis interpretatio ita fieri debeat, ut illa renunci-

cianti quam mimimum præjudicet; per *l.* 21. ibique à DDbus communiter notata. *Cod. ad SCt. Vellejan.* poſt Bald. Aretin. Roman. Pariſ. Dec. Cravettam, & alios, Beſoldus, *p.* 5. *conſ.* 212. *num.* 15. *&* 16. Addant. elegantia, quæ hanc in rem diſſerit Joh. Stuckius, *part.* 1. *conſ.* 1. *num.* 537. *& ſeqq.* ubi inter abſolutam Donationem, & ob juſtam cauſam factam notabiliter diſtinguit. Quo etiam pertinent, quæ ex Betſio, Kellenbenzio, & Dnnis Anteceſſoribus refert B. Frommannus, *d. Diſſ. th.* 60.

Für das andere *iſt hierbey noch ferner zu erwægen, daß dasjenige, ſo* Anno 1654. *vorgegangen*, *auch* ex hac ratione pro repudiatione Hæreditatis paternæ *nicht angeſehen werden kœnne, weilen mittelſt des vorher* Anno 1648. *zwiſchen denen Herren Rüden von C. und ihrer Frauen Schweſter errichteten* Interims-Receſſus, *und dieſem* Anno 1654. *nachgefolgten Verzicht*, *all das jenige* Jus, *ſo ihr der Frau Schweſter, an der Vätterlichen Erbſchafft*, ex primo momento paternæ Mortis *angefallen*, *an die beede Herren Brüdere aus ſonderbarer, gegen ihnen allein getragener Schweſterlichen* Affection, cediret *worden*; *alſo, daß dannenhero ſie die Frau Schweſter*, eo ipſo, *indeme ſie ihr* Jus *an die Vätterliche*, ceu jam antea delatam, Hæreditatem, *der Herren Brüdern überlaſſen, ſie zugleich auch ſolche Vätterliche* Hæreditæt, pro ſua portione ab inteſtato ſibi delata, ipſo facto adirt *hat.*

Per ceſſionem namque Hæreditatis ſeu jurium Hæreditariorum, Hæreditas ſine dubio adita præſumitur; Cum illa citra jus & nomen Hæredis fieri non poſſit: *arg. l.* 20. §. 4. *ff. d. A. vel O. Her.* Cravetta, *conſ.* 220. *num.* 1. Marantha, ad *l. Poteſt.* 15. *num.* 54. *d. A. vel O.* Chriſtinæus. *vol.* 4. *Dec. Belg.* 29. *num.* 4. B. Collega noſter, Dn. D. Bardili, *in Diſp. d. Hæred. adit. th.* 15. Jacob. Cancerius, *Varr. Reſoll. cap.* 15. *part.* 3. *num.* 160. *& ſeqq.* Cardinal. Mantica, *d. conject. ult. volunt. lib.* 12. *tit.* 12. *num.* 17. Car. Anton. Bottilierius, *de Succeſſ. ab inteſt. cap.* 2. *num.* 4. poſt Corn. Socin. Pariſ. Cravett. Reuſner, *lib.* 1. *conſ.* 12. *num.* 68. poſt plures, quos laudat in terminis, Kellenbenz. *d. Renunc. Succeſſ. q.* 5. *num.* 7. *& ſeqq.* D. Frommannus, *de Exiſtent. condit. pact. Hæred. Renunc.* re-

servativi, *th.* 4. *pag.* 8. ex Rolando à Valle, Joh. Gœddœus, *in conf. Marpurg. vol.* 1. *conf.* 27. *num.* 119.

Ita namque DDres de hac *Qualificata*, seu *translativa*, quam alii nuncupant Renunciatione passim loquuntur, quod illa in ipsa Renunciante, Bonorum vel Jurium præviam, saltem instantaneam atque *intellectualem Acquisitionem* præsupponat, atque ipsa talis Filia renunciatrix jura, vel Bona renunciata, tanquam propria, per implicitæ Donationis speciem, in Renunciatarium transferat, qui illa non suo jure; sed ex jure seu persona ipsius Filiæ renunciantis, in qua ipsum jus renunciatum radicatur, obtinet, ita tamen, ut omnis eorundem utilitas vel effectus Renunciatarii commodo cedat. Joh. Baptista, Cardinalis de Luca, in *theatro verit. & Justit. tom.* 2. *tract. de Renunciationib. disc.* 1. *num.* 6.

Aditæ autem Hæreditatis ut nulla datur Repudiatio; *l.* 4. ubi DDres. *Cod. d. repud. hæred.* Bald. *lib.* 2. *conf.* 44. *n.* 2. Bene vero eidem renunciari potest. Nicol. Betsius, *d. Pact. Fam. Illustr. pag.* 762.

Ita etiam ex hoc, de vera mente & intentione beatæ Dominæ à S. quod videlicet illa per Renunciationem suam de Anno 1654. Patris hæreditatem non repudiare, seu eidem simpliciter renunciare; sed eandem tantum singulari erga solos suos Fratres favore, tantisper ipsis cedere, &, quoadusque Familia seu Stemma masculinum duraverit, eidem renunciare voluerit, constare potest.

Unde ita, in simili, laudatus Betsius: Si, inquit, Soror, cum habeat Fratres, & possit cum eis succedere de jure, renunciavit Hæreditati paternæ uni ex Fratribus; Qr. *An hac Renunciatio prosit omnibus pro Rata; an illi tantum, cui renunciavit?* Respondet autem Castrensis, *ad l.* 1. §. *unde Neratius. ad SCt. Trebell.* ita: Si potest apparere, etiam per Conjecturas, quod contemplatione illius renunciavit, illi soli prodest, ut illi soli videatur suam partem donasse; quod primo videatur adire, & statim donare (Jungant. quæ tradit Dn. Frommann. *d. pag.* 8. *verb. Repudiatio non est Donatio*) quia si non adiisset, non posset donare, quod non haberet. Et nervosum est, (pergit Betsius) quod *Molinæus* ait: Si Renunciatio

Filiæ,

Filiæ, per eam, ſponte facta ſit in favorem fratris, tunc fratrem jus habere in portione legitima Sororis, non à Diſpoſitione Parentis; ſed à diſpoſitione Ceſſionis Sororis; non jure accreſcendi; ſed jure ceſſo. *Contemplativam* enim *Renunciationem* implicare Agnitionem, ſeu acceptationem & ceſſionem. *conſ.* 29.

Wann nun ſolches alles bey gegenvvärtigen Fall auff die Wag geleget vvird, befindet ſichs, daß der Verzieg, ſo die Frau N. Herzogin zu N. über ſich ergehen laſſen, kein ſchlechter Verzieg gevveſen; zu dem ſo haben Ihro Fürſtl. Gnaden ſolchen Verzieg nicht für ſich ſelbſten; ſondern deroſelben Herren Brüdern, als Herzog N. zu N. und deſſen Brudern, und Erben Männliches Geſchlechts, ferner auch die Verſprechung gethan, der begebenen Erbſchafft halber keine Anſprach, Recht, noch forderung, vveder durch ſich ſelbſt, deren Erben, noch jemanden anders, nimmermehr zu haben, zu ſuchen und zu gevvinnen: Geben demnach dieſe untergelauffene Umſtände greiflich zu erkennen, daß jeztgemelter Verzieg nicht pro ſimplici; *ſondern* qualificata Renunciatione *zu achten, und hat demnach Frau N. dardurch, ſich zu Herzogs N. Verlaſſenſchafft nicht* abſolute *unfähig gemacht; ſondern das* Jus adeundi *in Handen behalten, jedoch deſſelben* in effectu *nicht zu genieſſen gehabt; ſondern Ihrer Fürſtl. Gnaden Herrn Brudern Herzog N. und deſſen Sohne Herzog N. vvürcklich abgetretten. &c.*

Hactenus Beſius, *de pact. famill. illuſtr. p.* 766.

Nimirum, ut hoc paulo plenius explicemus, tametſi B. Domina à S. non ſaltem Paternæ, eo tempore quo fiebat hæc Renunciatio, jamjam delatæ; verum etiam Maternæ, nec non Fraternis, tum temporis adhuc deferendis, Hæreditatibus renunciaverit; de his verò nullatenus dici poſſe videatur, quod ipſa easdem, eo ipſo, dum illis renunciavit, ſimul tamen adierit; cum tritiſſimum ſit, *viventis nullam hæreditatem eſſe*, neque aliam, quam delatam, hæreditatem adeundo acquiri poſſe. *l.* 1. *d. H. vel A. V. l.* 151. *d. V. S.*

Notandum tamen eſt, quod, quemadmodum omnibus his Renunciationibus hæc *tacita clauſula* ineſſe cenſetur: Si Hæreditas Filiæ renuncianti, adhuc viventi, fuerit delata;

Rich-

Richter, *consil. part.* 4. *consil.* 26. *num.* 9. & *Dec.* 69. *num.* 30. Bottilier. de *Success. ab intest. cap.* 2. *theor.* 46. *num.* 54. Kellenbenz. *Q.* 39. *num.* 10. Paul. Æmil. Gallus, *tr. de Except. Success. part.* 1. *tit.* 2. *except.* 1. *num.* 66. Mundius à Rodach, *vol.* 2. *cons.* 10. *num.* 318. Salgaldo de Somoza, *de labyr. Credit. part.* 2. *cap.* 25. *num.* 12. & 57. Andreol. *contr.* 310. *num.* 23. Joh. à Sande, *Decc. Frisic. lib.* 4. *tit.* 9. *Def.* 5. D. Frommann. *d. Diss. th.* 40.

Ita etiam Filia, in gratiam suorum Agnatorum renuncians, omniaque sua jura, in Hæreditatibus sibi deferendis competitura, in illos transferens, *tempus delationis Hæreditatis expectare* censeatur, quam deinde actualiter sibi delatam ipsa, Juris intellectu, prius adire, & deinde in illos *Renunciatarios* (Quos & *Cessionarios* DDres appellant) transferre intelligitur, ut ita tempus delatæ successionis, ad tempus illius renunciationis, per *Juris fictionem*, *retrotrahatur*, & Aditio præcedere, *Translatio in Masculos* sequi existimetur: dummodo tempore Delationis, res eodem in statu, in quo fuerant tempore renunciationis, adhuc dum sint, atque ita extremorum habilitas concurrat;

Ut hæc optime explicant Cardinalis Parisius, Riminaldus, Socinus, Ripa, Alexander, Corneus, Cravetta, Berojus, Capycius, Boërius, Gutierrez. Gabrielius, de Franchis, in locis, quos exhibet Horat. Giovagnon. *Ressp. lib.* 1. *Resp.* 91. *n.* 19. Joh. Petr. Actolinius, *Resol. Jur.* 40. *num.* 17. & *seqq.* Addantur, quæ contra Anton. Fabrum, disputat Bottilierius, *de SuccessIon. ab intest. cap.* 2. *theor.* 42. *num.* 5. & *seqq.* & *theor.* 46. *num.* 54. *ubi* ita post Castrens. Vasq. Molinam, Surd. de Franchis, de Anna & Rovit. scribit, quod, eveniente casu Hæreditate, ut videlicet illa tali Filiæ deferatur, Legem fingere, eandem Renuncianti acquiri, brevique manu ab illa auferri, tanquam se abstinenti, & renunciatario deferri. Et quod hanc ipsam Aditionem, illa Juris definitio, quod Hæreditatis aditio, tanquam Actus legitimus, non recipiat diem vel conditionem, impedire haud possit, eleganter demonstrat Nicol. Reusner. *lib.* 1. *Cons.* 12. *n.* 68. & *seq.*

Anlan-

Anlangend die zvveyte Rationem Dubitandi, *so vermag auch dieselbe durchauß nichts in vveg zu legen : Sintemalen, vor Eines, diese* Promissio, *daß die Frau von S. an die Vätterliche Erbschafft keine Forderung, Anspruch, oder Erbs-Gerechtigkeit haben, suchen oder gevvinnen vvolle, es sey dann, daß ihro etvvas* per Testamentum *zufallen vvürde, bey nunmehro* erfolgten ledigē Anfal *alle ihre* efficaciam *und* operation *gänzlich verlohren.*

Tametsi enim Filia renuncians promittat, se ad Bona renunciata Paterna nolle habere aliquem regressum; hoc tamen eandem, in casu extincti Stemmatis Masculini, excludit haudquaquam. post Albam & Martam, Joh. Bapt. Hodierna, ad *l. Hac Edictali. q.* 11. *num.* 15. *Cod. d. sec. nupt.* Clausula namque hæc sufficienter operata est extantibus Masculis: Ut vero ulterius ejus vis extendatur, nulla sufficiens Ratio subest, imo omnes bonæ Interpretationis regulæ reclamant. in individuo Dn. Frommann. *d. Diss. th.* 48. *in fin. juncta. th.* 74.

Für das andere *ist zvvar nicht ohn, daß einige Rechts-Lehrere der Meinung seyn*, quod Renunciationi inserta clausula, Erblich, auff evvig, zu evvigen Tagen, reviviscentiam Juris succedendi in bonis, quibus Filia, sub tali Formula, renunciavit, excludat: *Aber daß diese Meinung (neben deme, daß œffters dergleichen* Clausulæ *mehr von den* Notariis, ex consuetudine & imperitia, *als von den* Contrahentibus ex deliberata & certa animi destinatione inserirt *zu vverden pflegen*; juxta proxime alleg.) regulariter, nisi scilicet aliunde de contraria Renunciantis mente constet, Irrig sey, & quod talia verba ad aliud nihil, quam ad votum Familiæ seu Agnationis, pro cujus splendore tanto melius conservando, juxta supra deducta, fieri intelligitur, perpetuo duraturæ, ex ipsa Negotii hujus Natura reflectant; rectissime advertit Cancellarius Heeser. *de Acquæstu conjug. part.* 2. *Loc.* 20. *num.* 221. B. Collega noster, Dn. Frommann. *d. Diss. th.* 51 *pag.* 59.

Quo præsupposito *sich von selbsten ergibt, daß auch die im Verzücht* Quæstionis *enthaltene Wort: daß vveder sie Frau von S. noch auch ihre gesamte Erben und Nachkommen, an die Vätterliche Erbschafft keinen Anspruch oder Forderung haben, suchen, noch gevvinnen; sondern vielmehr sich aller Erbs-Gerech-*

rechtigkeit, *gänzlich und* unvviderrufflich, *verziehen haben vvollen*, *solchen vvichtigen und* irregulirten effect, ut videlicet Filia, quæ ita renunciat, etiam in casu omnino extincti Stemmatis masculini, sicque penitus cessantis causæ omnium Renunciationum finalis, à Bonis paternis nihilominus excludatur, *nicht zu vvürcken vermœgen.*

Tralatitium namque est, quod Renunciatio, etiam *generalis*, imò *universalis*, & amplissimis, iisdemque geminatis verbis concepta ad causam præcedentem specificatam, & ad ea, quæ in illa nominatim expressa, modis omnibus restringenda sit, prout optime ex DDbus longa serie laudatis id deducit Cyriacus, *contr. for.* 474. *num.* 9. *cum seqq.* Francisc. Merlinus, *Dec. Rot. Luc.* 45. *num.* 8. Hieron. Magonius, *Decis. Florent.* 64. *num.* 68. Bimius, *vol.* 2. *cons.* 145. *num.* 2.

Et quod Renunciatio ipsa, à sua causa, finali videlicet, quam Renuncians intendit, restringi debeat. Cyriacus, *controv.* 367. *num.* 25.

Eo magis, quod Fœminæ ejusmodi clausularum (à Notariis haud raro ex imperitia & damnosa consuetudine apponi solitarum, advertente Nevizano, *cons.* 81. *num.* 23. Hect. Capyc. Latrone, *lib.* 1. *cons.* 40. *num.* 10. Hieron. Rocca, *Selectar. Jur. Dispp. vol.* 2. *cap.* 194. *num.* 44.) vires ignorent; ut in terminis advertit Ludovicus Peguera, *Dec.* 146. Marta Neapolitanus, *in Dig. noviss. tom.* 3. *tit. Renunciatio. cap.* 47.

Genug ists, daß sie Frau von S. in krafft und zu folge ihrer also verfertigten Renunciation, quoadusque Familia Riidiana duravit, *von aller Anforderung an die Vätterliche Erbschafft* excludirt *gevvesen*; *ja auch, vvann der Manns-Stamm noch* per aliquot Secula *furgevvæhrt und* florirt *hætte, Sie und alle ihre Erben und Erbens-Erben* absolute *und* totaliter excludirt *gevvesen seyn, auch diesen also errichteten Verzücht*, ex ulla causa, ullove in casu *zu* revociren *nicht befugt gevvesen seyn vvürden*; *sondern selbigen allezeit unvviederrufflich hætten gelten lassen müssen. Nachdem aber nunmehr der* Rüdische Manns-Stamm totaliter erloschen, *und mithin niemand mehr von den jenigen Personen*, in quarum solarum favorem & commodum *Sie Frau von S.* renuncirt, *im Leben und übrig*;

con-

consequenter *nunmehro auch alle* Rationes, *vvegen vvelcher diese* Renunciatio *geschehen und bißhero gegolten*, *miteinander* cessiren: *So erheischet* ipsa Æquitas, & tum inclytæ *Franconicæ Nobilitatis*, tum *Familiæ Rüdianæ* laudabilis *Observantia*, tum luculentissima ipsiusmet Dominæ Renunciantis Mens & Intentio, in supra deductis, ex invulnerabilibus argumentis evicta, *daß*, insuper habita hac Renunciatione, ceu hunc in casum nullatenus directa, *nunmehro*, ex persona Beatæ Dnæ Renunciatricis, *deroselben Herr Sohn*, *zu Einforderung dessen allen*, *dessen sie sich* Anno 1654. *begeben*, *und ihro selbsten*, *zu derselbigen zeit*, in casu non factæ Renunciationis, ab intestato, *an der Vætterlichen Erbschafft*, *gebühret hætte*, *in allevveg zuzulassen*.

si convenisset, (quod vel per conjecturas apparere potest) ut unius tantùm ex pluribus fratribus contemplatione renunciaret, tunc, quia illi soli partem suam donasse videtur, existentia conditionis in aliorum fratrum, aut eorum descendentium masculorum, personis nequaquam expectanda est. Besf. *d. tr. p.* 765. ubi ita Castrens. consuluisse refert, additque & Ruin. *consf.* 170. *num.* 8. & 9. & Socin. *vol.* 1. *consf.* 91. & *vol.* 4. *consf.* 39. Add. Besold. *Thes. Pract. d. l. vers. rationem.* & *vers. qui decidit filias fratris.* Ubi autem id non ita factum, sed ex conjecturis ea elicienda, tunc verò ad contentiones solet perveniri. Ex quo est, quod quantum & ad hoc punctum, Dd. moneant, videndum esse, quid inter partes actum sit. VOLUNTAS enim libere contrahentium & paciscentium est, quæ omnes actus, circumstantias & causas, finalem, subjectivam, & objectivam regit, determinat normam ac Cynosuram ipsis dat: extra quam legitime nil prætendit, qui prætensionis suæ causam ex alterius paciscentis voluntate se habere agnoscit. *l.* 1. §. *si convenit.* & *ibi Gloss. ff. Depos. l.* 23. *ubi Dd. l.* 68. *de R. J. l.* 34. *ff. eod.* Kellenbenz. *d. tr. qu.* 20. *num.* 1. De hoc verò constare potest maximè ex formulis, quibus paciscentes usi, de quarum nonnullis paulo post.

Voluntas actum Renunciationis hujus modificatæ moderatur circa Subjectum maximè.

Sequuntur, Subjecti quod extinctum esse debet, ratione, CASUS non pauci, præprimis dubii.

IX.

Adducamus ex frequentioribus, qui solent contingere circa hanc existentiam, subjective consideratam, *Casus* nonnullos dubios, ac quidem ubi renunciatio ita facta à *Filia superstite.*

Et quidem si facta talis renunciatio à fœminâ

I. PATRI,

Tempore quidem renunciationis receptæ ***habenti*** I. ***nullos planè agnatos masculos, sed filias,*** & facta, agnationis conservandæ causa renunciatione, ***decessit filiabus non renunciatis relictis.*** & sane nostra tunc existit conditio: quia præsumptio est, quod filios nascituros speraverit: quod dum non est factum, aut ii decesserunt ante Patrem, non est persona, quæ ex præsumpta Patris voluntate filiam hanc renunciantem excludere debeat. Bald. *vol.* 1. *consil.* 438. *num.* 2. Aut verius loquendo renunciatio facta nunquam convaluit; & sic nec nostrum

I. PATRI hos vel illos, quorum gratiâ facta videtur, habenti & relinquenti I.

ſtrum pactum. Cujus ob id conditionis exiſtentia haud eſſe poterit, ſed communi jure ſuccedent.

II. Non filios, aſt *Fratres tantùm*, *non agnatos*, ac tempore mortis etiam, præter filiam renunciantem, *fratres tantum, aut ex iis deſcendentes maſculos*, *aut agnatos reliquit*, poſtquam vel nullos genuit filios, vel geniti ante ipſum deceſſerunt: & dicendum, quod, ſi renunciationem recepit, primo pro ſe & heredibus maſculis, aut in favorem familiæ in genere. tunc ſubjectivè nondum exiſtat noſtra conditio. Quamvis enim alias in dubio quis ſuam ſucceſſionem alienæ præferre voluiſſe cenſeri ſolet. *l.* 30. *C. de fideicom. l.* 102. *ff. de condit. & demonſtr.* non tamen in præſenti caſu, quo nullos habuit filios, & generaliter heredibus maſculis, ob cauſam conſervandæ agnationis, proſpexit: & renunciatio in genere, quoad cauſam finalem, facta *zu des Stamms und Nahmens beſten*: uti ipſum heredum maſculorum vocabulum: omnes utique, per quos agnatio conſervatur, favore ejusdem ſub ſe comprehendit. Pro expreſſo enim habetur hic, quod ex mente contrahentium & materia ſubjecta per veriſimiles conjecturas colligitur. Kellenbenz. *d. tr. qu.* 39. *num.* 6. Ex quo eſt, quod in caſum ſtatuti, fœminas excludentis, Patruum excluſæ præferri contra Nattam defendit Muſcul. *d. tr. num.* 239. *& ſeqq.* Heeſer. *d. tr. loc.* 20. *num.* 191. *& ſeqq.* ſed & alios, qui ex juris diſpoſitione ad renunciatam admitti ſperantur. Kellenbenz. *d. l. num.* 10. Quod ſi tamen, in genere renunciatione recepta, ſpes fuit ſobolis maſculinæ ſuſcipiendæ, in hujus favorem ſuſcepta creditur, & ſic nunquam tunc convaluit. Heeſer. *d. tr. num.* 162. *&* 181. Add. P. Matth. *d. vol.* 1. *conſ.* 20. *n.* 37. Confer. Joh. Bapt. Hodierna. *ad l. hac edictali. qu.* 11. *n.* 24. *& ſeqq.* II.

X.

Idem ſecundo dicendum, ſi *tantum Fratres*, aut, his non exiſtentibus, *Agnatos, habens ac relinquens* acceperit renunciationem *pro ſe & heredibus*, ſine additamento maſculorum. Ipſa enim generalis ratio conſervandæ familiæ non ad unam perſonam, ad unum ſaltem ordinem vel gradum reſtri- *Caſus huic ſimilis.*

cta, ad omnes utique, per quos agnatio conservatur, masculos, ex publica augendarum familiarum utilitate. de qua *in l. 1. §. 13. vers. publicè. de Ventr. inspic. l. 195. §. 2. ff. de V. S.* pertinet. cum Guid. *dec.* 230. Kellenbenz. *d. l. n. 6. & seqq.* ubi *num.* 8. *& seqq.* ad contraria respondet. Non obstant, quæ tradit Gœddæus *d. v. I. cons.* 27. *num.* 199. *& seqq.* Resp. quia ibi 1. *juxta num.* 198. à fœmina, non patri, sed avunculo, & avitæ insuper hereditatis, renunciatio erat facta. nec 2. *juxta num.* 207. expressè aut tacite masculorum favore; hoc enim si factum fuisset, procedit ibi dictum, quod scil. aliud. Insuper etiam facta erat 3. *juxta num.* 204. sub pacto de non petendo quidem in perpetuum: *Zu evvigen Tagen nichts zu fordern, noch zu sprechen. Item einen gründlichen, evviglichen und ohnvviederruflichen Verzug auf alle und jede &c.* adeoq; 4. *juxta num.* 206. verbis ita geminatis & reiteratis; & 5. *juxta num.* 210. reservatio erat facta, non in casum masculorum deficientium, *sondern vorbehaltlich, ob es sich durch schickung Gottes zutrüge, daß, W. von S. ohne Leibs-Erben verstürbe, alsdann W. von B. Kindern &c. Ihr gebührlicher Anfall ohnbenommen seyn soll.*

XI.

Alius insuper. Pariter etsi is, aut *Fratres tantùm, aut alios Agnatos, habens* 3. simpliciter renunciationem talem acceperit, nulla heredum mentione facta: quia paciscendo non nobis saltem prospicimus, sed & heredibus nostris. *text. generalis in l. 9. ff. de prob.* ad quos, utut non sint recipientis filii, renunciantium fratres; ipsa tamen renunciationis ratio generalis se accommodat, quam recipiens alias frustra recepisset; Et ipsius recipientis patris interest, familiam & nomen à fratribus aut agnatis conservari. Accedit, quod, si renuncians filia renunciationem accipientis fratres aut agnatos cæteros exclusos voluisset, & tantum subintellectos ejus filios, si qui nascituri essent post renunciationem, id clarius exprimere debuisset. ut in genere *per l. 59. ff. de pact. l. 21. ff. de contr. empt. l. 135. de R. I.* cum Schurff. Pac. Corn. ratiocinatur Kellenbenz. *d. qu.* 39. *num.* 7. *& seq.* Ut ita ratio non una sit, cur filia renuncians

cians tunc exclusa censenda sit: secus ac putat Phil. Matth. *v.* 1. *Conf. Marpurg.* 20. *num.* 37. ubi rationem subesse nullam dicit. Quia tamen & ipse plures in contrarium habet, consentientesque, præter Baldum *d. V.* 1. *conf.* 438. *num.* 2. alios quamplures, tentandum erit, in hoc & priori casu, annon ex circumstantiis solicite colligi queat, utrum conservandam per filios nascituros agnationem sperare potuerit & voluerit. quomodo interdum agnoscunt spei defectum formula tali: *Als wir aber nunmehr von der Gnade Gottes ein zimblich Alter erreicht, aber noch zur zeit keine Eheliche Leibs-Erben, und zu dem Willen Gottes deß Allmächtigen stehet, ob wir die noch bekommen.* Idem Matth. *d. l. num.* 12. Heeser. *d. l. num.* 188. *& seqq.* Add. Hodiern. *d. q.* 11. *num.* 26. *& seqq.*

XII.

III. *Fratres & Filios*, ac pro se suisque filiis recepe- III.
rit, tempore autem mortis, hi mortui deprehenduntur, *fratribus superstitibus:* tunc quidem non existit nostra conditio; sed tamen nec admittitur renunciantis patruus. Scilicet, quia agnationis & familiæ conservatio ad filiorum, tum existentium, personas fuit restricta. Ita cum Baldo & Corneo decidit Kellenbenz. *d. qu.* 39. *num.* 14. Vid. Heeser. *d. tr. loc.* 20. *num.* 192. *cum multis seqq.* Paris. *vol.* 3. *conf.* 69. *num.* 48. 60. *&* 61. & sic renunciatio ipsa non convaluit. Idem est, & si tunc pro se suisque filiis & heredibus recepit. Cum enim heredum nomen in personis ex filiis descendentium verificari potuit, ad hos in dubio, non ad fratres suos, respexisse censendum erit, nec renunciantem etiam patruum considerasse. Kellenbenz. *d. qu.* 39. *num.* 15. Secus est, si tunc pro se suisque heredibus masculis, vel heredibus simpliciter, receperit; tunc enim manet conditio nostra adhuc in pendenti. Kellenbenz. *d. q.* 39. *num.* 6. 7. 10.

IV. *Filios*, sed tempore mortis *relinquit unum aut* IV.
alios, præter ipsam renunciantem, vel ex eâ filias, aut nepotes; & nondum existit nostra conditio. per ea, quæ Muscul. *d. tr. num.* 242. *& seq.*

V. *Filios*, sed qui tempore mortis paternæ *è vivis jam* V.
ex-

excesserunt sine masculis; & tunc renuncians admittitur ad successionem patris. Besold. *in thes. pract. addit.* Verum non vi pacti reservatorii, sed ob renunciationis non factam convalescentiam. Id quod infra ex *thes.* 43. patebit.

XIII.

VI. VI. *Filios* & *Filias*: & pro se, agnationis conservandæ gratia, renunciationem recepit: at tempore mortis non *reliquit, nisi Filias non renunciatas aut innuptas.* Et ob eandem rationem, quæ fuit in priori casu, renuncians admittitur. *l. fin. C. comm. utr. jud.* quia indubio, cum sic consuetudinis sit, certè plerumque ita eveniat, ut propter masculos renunciationes fiant; & naturâ pater erga filias æquali feratur affectu: & ob id etiam Jus commune ad æquales eas vocet portiones; nec alias personas, per quas familia æque non propagetur, sibi suisque præferri voluerint: non potuit non verisimiliter intentio partium paciscentium in solis filiis terminari: quibus morte ita sublatis, omnis renunciationis favor interiit, adeoque interpretatio pro renunciantibus, odium excludens, assumenda est. Kellenbenz. *d. qu.* 39. *num.* 18. Heeser. *d. tr. loc.* 20. *num.* 105. & 188. *cum seqq.* Non enim superest tunc persona, quæ ex præsumpta patris voluntate renunciantem excludit. cum Cravett. *cons.* 42. P. Matth. *d. v.* 1. *cons.* 20. *num.* 37. Non habita fuisset agnationis ratio, si filiæ essent admittendæ. Fusar. *de Fideic. substit. qu.* 402. *num.* 23. Idem esse dicit Kellenbenz. *d. l. num.* 12. & 18. si pro se & heredibus receperit renunciationem, idque propter naturam contractus, qualitatem rei & ipsam loci consuetudinem: nec referre tunc, etsi ob dotem acceptam renunciaverit: quia id non tam dotis nomine, quam agnationis favore, factum fuerit: quod colligitur vel ex sola agnatorum, tempore renunciationis, existentia. idem Kellenbenz. *d. l. num.* 19. Aliud tamen esset, si ex ipsa renunciatione probaretur aliud. Idem *d. l. num.* 17. & 22.

XIV.

VII. VII. *Filium*; eoque mortuo renunciata hereditas *ad masculos ex eo pervenit, hi verò tandem sine masculis decess-*

decessere, superstite illa renunciante seu amita s. proamita. (idem & in ejus descendentib⁹) Et licet hanc quæstionem ex ambiguis non postremam & valde arduam appellet Gœdd. *vol.* 1. *Cons. Marp.* 27. *n.* 184. quin tamen tunc nostra existat conditio, non dubitabit, quisquis in hac disputatione proposita vel parum pensitabit, quicquid ibidem asserat Gœddæus *num.* 197. *& sqq.* quicquid etiam ex eo, quod liberi positi in conditione: si sine liberis: substitutum excludant nati, nec sint in dispositione. *arg. l.* 29. §. 2. *de lib. & posth. l.* 114. §. 13. *de leg.* 1. patrique in hoc succedant, non ex voluntate relinquentis, sed jure proprio: de quo latè Joh. à Sand. *lib.* 4. *tit.* 6. *d.* 5. urgeant.

VIII. *Filios*; & renunciatio reservativa facta, *si alter sine filiis decesserit*, quod alter in omnibus bonis allodialibus & feudalibus ei succedere debeat; nulla facta nepotum & ulterius descendentium mentione. Et tunc *unius linea masculina, extincta*, an, existentibus licet in alterius linea, masculis, existat nostra conditio? quærenti in utramque partem argumenta in simili casu, quo duo fratres ante 300. forte annos pactum inter se inierant, ut, uno sine filiis mortuo, alter in omnibus bonis illi succederet, competente dote filiabus, quas defunctus superstites reliquisset, subministrata, addita in fine clausula, conventionem se hanc pro se & heredibus suis ratam firmamque habiturum: suppeditabit Betf. *d. tr. c.* 4. *p.* 81. *& seqq.* VIII.

XV.

IX. *Filium*, sed *qui mox post patrem*, ubi nondum se immiscuit, *decessit, relictis tamen filiis*, ubi renunciationem pater à filia recepit paternæ hereditatis. Et licet alias ita sit, quod statim mortuus pro non nato habeatur: quod filius talis fœminam, à feudo exclusam alias per masculi existentiam, secundum Feudistas non excludat: & verisimiliter renuncians in hoc casu credi queat, se non privasse hereditate: tamen nihilominus dicendum est, quod conditio nostra nondum existat propter jus sui- IX.

ſuitatis, quod in momento mortis paternæ mox operatur propter *l.* 11. *ff. de lib. & poſth. l.* 3. *C. de jur. delib.* non obſtante facultate abſtinendi. *l.* 1. §. 7. *ff. Si quis om. cauſ. teſt.* Kellenbenz. *d. tr. qu.* 40. *per tot.* Aliter quidem ſtatuit Muſc. *d. tr. num.* 269. ei autem reſpondet Kellenb. *d. l. p.* 599.

XVI.

X. X. *Filios Legitimos & filium Naturalem*, atque illis defunctis, pater deceſſit *naturali tantum relicto:* & tunc conditio quidem noſtra non exiſtit; renuncians tamen, aut heredes ejus, ad renunciatam nihilominus admittuntur: quia ad nullum, propter quem facta hereditas delata. Nec enim in naturalis illius favorem facta dici poteſt, cum per naturales familia non conſervetur. *fac. l.* 4. *ff. und. cogn. l.* 9. *ff. de Stat. hom.* utut alias verba: pater: filius: etiam naturalibus conveniant. *l.* 7. *pr. ff. de cap. min.* regula enim in contrarium eſt. Dd. ad *l.* 6. *v. cum autem. C. de inſt. & ſubſtit.* Quia ergo tunc renunciatio pro non facta habetur, naturalis hic nec ex teſtamento hereditatem paternam, nec ab inteſtato duas iſtas uncias, de quibus *in Auth. licet. C. de natural. lib.* filiæ huic auferre poterit. Kellenbenz. *d. tr. qu.* 35. *num.* 5. *& ſeqq.* & cum eo late Muſc. *d. l. num.* 259. *& ſeq.* quos conſtat in familiam ne quidem per adoptionem redigi poſſe, ne flagitio concubinatus præſidium quæratur hoc colore. *l.* 7. *C. de natural. lib.* Secus foret, ſi filia, dote contenta, patri, *non niſi naturalem habenti*, renunciaſſet. *Nov.* 89. *cap. diſcretis.* 12. Idem *d. l. num.* 7. modo tamen legitimum & naturalem tum ſperare non potuit. juxta limitationem *ſupra th.* 9. traditam.

XVII.

XI. XI. *Filium tantum Naturalem*, ſed eum tempore mortis *reliquit Legitimatum:* & conditio noſtra non exiſtit. Etenim cum tales jura legitimorum habeant. §. 2. *Inſt. de her. quæ ab int. Nov.* 89. & per eosdem agnatio conſervetur, utique hunc caſum reſpexiſſe cenſendus eſt parens, renunciationem à filia accipiens. poſt Bald. *in l.* 30. *C. de fideic.* Joh. Campeg. *de Statut. excl. fœm. à ſucc. qu.* 39. *num.* 170. *& ſeq.* Kellenb. *d. qu.* 35. *num.* 13. 22. *& ſeqq.* qui ad ea, quæ opponi ſolent, reſpon-

respondet *num.* 33. & 34. Diff. Muscul. *d. l. num.* 262. & *seqq.* cujus tamen rationes, quod (1.) nomen legitimati sit fictum. (2.) quod à legitimis & naturalibus simul, ut aurum verum à Chymico, differant tales, adeoque à Venetis legitimati in Concilium non recipiantur. (3.) Statutum renunciationis non trahatur ad casum fictum & specialem, de quo non præsumantur statuisse contrahentes, in præjudicium maximè aliorum. *l. 6. qui & à quib. man.* (4.) Distinguendum sit inter familiam late & stricte s. specialiter acceptam; tanti nobis non videntur.

XVIII.

XII. *Filium Arrogatum;* (intelligimus autem adoptionem jura patriæ potestatis conferentem, atque etiam defectum in caussis nullum habentem) *utroq., & renunciationis receptæ & mortis, tempore.* Et nostra conditio tunc non existit. Scil. propter arrogationis ex jure *l. 23. de. adopt.* notos effectus, potissimum agnationis. *d. l. §. fin. I. de leg. agn. tut.* & hujus renunciationis cum pacto nostro finem atque intentionem, quem filia tunc renuncians scivit, aut scire debuit: quæ propterea exclusa per renunciationem hactenus manere debet. Kellenbenz. *d. q.* 35. *num.* 40. & *seqq.* & quia non ex accidenti tunc est, quod tempore mortis eum reliquit: qualia alias non attendi solent. *l. 3. pr. & §. 1. ff. de tutel. l. 9. pr. ff. de lib. & posth.* XII.

XIII. *Filium planè nullum*, atque tempore mortis *reliquit arrogatum;* & renunciantem excludi ob easdem rationes, existimat quidem Kellenb. *d. quæst.* 35. *num.* 56. *junct. qu. pr. & seq.* Verum arbitramur sententiam hanc repugnare & LL. in casu fideicommissi relicti, ad hos denegatam extensionem. *l. 51. §. fin. ff. de leg. 2. l. 76. ff. de cond. & dem.* ubi commentum, hunc ad effectum, vocatur adoptio. Brunnem. *ad d. l.* & verisimilitudinem renunciantis voluntatis, in conditionibus præprimis considerandam, *juxta l. 19. de condit. & dem.* quæ cum libera fuerit, verisimiliter propter avaram sexus naturam: de qua post alios Bets. *d. tr. cap.* 4. *p.* 90. non renunciasset, si de tali casu cogitasset: & quod ideo pater, renuncia- XIII.

Pp tio-

tionem accipiens, ſibi imputare debeat, quod obſcure de futura arrogatione locutus: Et ipſum loquendi uſum communem: & ipſorum, liberis conceſſorum, privilegiorum, ad adoptivos communiter pariter denegatam extenſionem. §. 1. *J. de excuſ. tut. l. 2. §. adoptivi. ff. de vac. mun.* & ad abſurdum ſenſum renunciationis interpretationem, tantum non abſolutè neceſſariam, eluſoriam ſcil. reſervationem, & ab arbitrio non fortunæ, ſed eorum, quibus facta, dependentem: prout latè deduxit Ph. Matth. *d. vol.* 1. *conſ.* 20. *num.* 58. *& ſeqq.* & Kellenbenz expreſſe ibidem refutavit Muſculum *d. l. num.* 258. qui recte ibidem eadem hæc etiam in *liberis, per unionem prolium quæſitis*, locum habere, ſtatuit. Admittitur autem renuncians, non propter conditionis noſtræ exiſtentiam, ſed renunciationis non convaleſcentiam.

XIX.

XIV. XIV. *Filios*, & tempore mortis non niſi *filium Clericum reliquit*; & eadem cum priori ratio eſt, quia in eo ceſſat ratio conſervandæ familiæ, ob quam Clerici & fœminæ: ita cenſente Knichen *de pact. inv. p.* 1. *cap.* 4. *num.* 38. æquiparantur. Et hoc ita ſtatuit Muſc. *dict. loc. num.* 257. Vid. infra *th.* 43.

XV. XV. *Filium*, & renunciatione tali pro ſe & heredibus recepta, eo ſine filiis mortuo, decedit, *relicto Teſtamentario herede*, & renunciante aut ejus heredibus: Et, quamvis tunc conditio noſtra non exiſtat: Filia tamen per non convaleſcentiam renunciationis per mortem fratris ac patris in eum ſtatum deducta eſt, in quo ante renunciationem fuit: quia in dubio fratris contemplatione renunciaſſe cenſetur. Beſ. *d. tr. cap.* 10. *p.* 767. non extraneorum. Heeſer. *d. l. num.* 228. Quare ſi tunc in teſtamento illa vel præterita, vel inique excluſa, deprehenditur, competentibus id remediis impugnandum eſt. per latè, præprimis multorum Dd. citatis authoritatibus, deducta à Kellenbenz. *d. l. qu.* 39. *num.* 1. Muſcul. *d. tr. memb.* 2. *claſſ.* 1. *concl.* 7. *lit. e.* Add. Ludov. *Dec.* 85. cit. à Beſold. *Theſ. pr. d. l.* Æmil. Gall. *d. tr. p.* 1. *tit.* 2. *ex.* 1. *n.* 31. *& ſeqq.* Nec obſt. quod renuncians pro excluſa habeatur in ſucceſſione ab inteſtato

ſtato: quia, ut infra monſtratur, excluſio eſt ſecundum quid tantum. Nec obſt. Juramentum; quoniam ſtatu obligationis mutato id ſtatim vim ſuam mutat & amittit. Kellenbenz. *d. l. num.* 3. Cæterum *ſi filium reliquerit, ſolum à ſe*, excluſa filia renunciante, *in teſtamento inſtitutum*, tunc filia, quatenus renunciatio obſtat, fruſtra teſtamentum oppugnat. Bachov. *ad Treutl. V.* 1. *D.* 6. *th.* 8. *in fin.* quatenus verò reſervatio adjuncta, tunc ad illud conſervandum intra tempus LL. præſcriptum remedio nullitatis aut querelæ opus erit, per late diſputata à Kellenbenz. *qu.* 24. *per tot.* maximè *à num.* 6. Vid. Muſc. *d. l. num.* 239. *& ſeq. num.* 352. Heeſer. *d. tr. num.* 171. Quod *ſi vero filium cum extraneis heredibus inſtituerit*, tunc regreſſum, quoad portionem in extraneos collatam, habet. Heeſer. *d. tr. num.* 167. Confer. Hodiern. *d. q.* 11. *num.* 40. *& ſeqq.*

XX.

XVI. *Filium*, & renunciatione tali pro ſe & filio recepta, eo mortuo ***decedit, relictis ex eo Nepotibus;*** Et conditionis noſtræ Exiſtentiæ nondum eſt locus. Licet enim alius ſit gradus nepotum, alius filiorum; aliud eorundem patrimonium, Dd. *ad* §. *f. Inſt. qui teſt. tut. juncta l.* 220. *pr. de V. S.* ac regulariter filiorum appellatione non contineantur in contractibus. Roſenth. *de feud. cap.* 7. *concl.* 36. *num.* 6. *& concl.* 38. *num.* 6. quia tamen favor excluſionis & in nepotibus militat, mens paciſcentium hæc fuiſſe creditur: & in ſimili in ſtatutis ac feudis filiorum appellatione etiam nepotes continentur: & verba conventionis, in futurum eventum, quo incertum, an filius, an verò nepos ſit extiturus, concepta, ejusmodi extenſionem patiuntur: ut pluribus deducunt Kellenb. *d. tr. p.* 39. *num.* 4. Muſcul. *d. tr. num.* 235. *& ſeqq.* Heeſer. *d. tr. loc.* 20. *num.* 174. XVI.

XXI.

XVII. ***Filium***, & renunciatione recepta in caſum: Si ſine maſculis: ***deceſſit, poſt patrem, relictis tantum ex ſe filiabus.*** Et tunc vel maximè conditio noſtra exiſtit earundemque Amita in renunciatis à ſe ſuccedit per ea, quæ per tot. hanc diſputationem, & pluribus deducta à Kellenbenz. XVII.

d. tr. qu. 18. *per tot.* Muscul. *d. tr. num.* 269. *& seqq.* Vid. Honded. *consult.* 2. *num.* 60. Heeser. *d. tr. l.* 20. *num.* 179. seu renunciaverit, ita ut si sine masculis decesserit, integrum sibi esse voluerit jus successionis. Kellenbenz. *d. l.* seu simpliciter *biß auff einen ledigen Anfall.* Idem *d. tr. qu.* 19. Etenim uti tunc renuncians patri, qui renunciationem acceperat, sanguine proximior est; ita magis, quam neptes istæ, dilecta præsumitur. juxta Menoch. *l.* 4. *præs.* 16. *num.* 4. *vers. tertia.* Fusar. de *fid. subst. qu.* 468. *num.* 1. *& seqq.* Lauterb. *de magis dilect. c.* 5. §. 5. aut certè Neptes istæ non sunt personæ, quæ ex præsumpta renunciationem accipientis voluntate filiam renunciantem excludere debeant; ita observante Facultate Ingolst. *in consil.* 1. Giphan. *tr. de renunc. subnexo. p.* 94. nec causa est, cur præsumi debeat, quod renunciando de talibus personis unquam cogitaverit. Antecess. *in dict. vol.* 4. *cons.* 171. *num.* 92. *& seqq.*

XXII.

XVIII. XVIII. *Filios*, & renunciatione maternæ hereditatis accepta, eorum matre mortua, *ex matrimonio posteriore suscepit alios, hosque tantum reliquit*, filiis ex priore prædefunctis. Et deficit ipsa renunciatio, cessatque ejus obstaculum, ut sic nostra non possit existere conditio: quia ex verisimili utriusque, & Patris, renunciationem recipientis, & ipsius filiæ renunciantis, mente facta renunciatio sub conditione existentium ex priore matrimonio masculorum, à materna illa consanguineos excludentium. Hodierna *d. l. q.* 11. *num.* 12. *& seqq. maximè num.* 21. addens *num.* 14. *ex* Mart. *de success. leg. p.* 1. *q.* 14. *artic.* 1. *num.* 10. procedere, etiamsi filia promisisset, amplius ad bona renunciata regressum non habere. Conf. Kellenbenz. *d. tr. qu.* 3. ubi de casu existentium ex priori & posteriori masculorum, latè tractat: an in omnium commodum cedat.

XIX. XIX. *Filias tantum*, & tempore mortis *non nisi non renunciatas reliquit* renunciationem accipiens. Et, hoc in casu, si tempore renunciationis nulla masculæ sobolis spes fuit, & amplius renunciantis reliquæ sorores, nulla exacta & facta renunciatione, dotatæ fuerint, conditionis nostræ Existentia

esse non potest, ob cessantem conjecturam consideratæ masculinitatis & agnationis. Hodiern. ad l. hac edictali. *d. qu.* 11. *num.* 27. Add. Bach. *ad Treut. vol.* 1. *disp.* 6. *th.* 8. *l. g. verb. alia quæstio est.* Heeser. *d. l. num.* 176. 195. *& seqq.* Marant. *d. disp.* 10. *num.* 17. *in fin.* Secus si spes fuit tollendæ masculæ prolis: tunc enim admittitur, non propter conditionis nostræ Existentiam, sed propter subjecti, in cujus gratiam fieri solet ejusmodi renunciatio, defectum. Bachov. *d. l.*

Si porrò facta talis Renunciatio II. FRATRI, hos vel illos, quorum gratiâ facta videtur, habenti & relinquenti, ubi Casus I.

XXIII.

Hæc ita, ubi renunciatio facta est à Filia Patri. Quid dicendum jam si ea facta fuerit à Sorore.

II. FRATRI?

Et quidem si facta FRATRI, *habenti* I. *nullos Fratres.* Et si paternæ, maternæve & ipsius etiam fratris hereditatis renunciatio facta, sed *is decessit Filiis relictis Legitimis*, tunc quin nostra deficiat conditio, nec adhuc existat, sed excludatur Soror per hos & à paterna & materna, vi pacti renunciativi, nullum est dubium. Etenim propterea facta est, ut per renunciationem stirpi ejus masculinæ consuleretur. Dico: *à paterna & materna, vi hujus pacti:* nam à fraterna non vi pacti in hoc casu, sed juris communis, arcetur. arg. *Nov.* 118. *cap.* 1.

XXIV.

II. Si verò idem *decesserit*, nullis quidem filiis, bene autem *Filiabus, aut, ex filiis prædefunctis, Neptibus, relictis*, tunc renuncians quidem arcetur, à fraterna ex jure communi, per *d. Nov.* 118. *cap.* 1. adeoque non vi pacti negativi; At quoad paternam, maternam, quæ renunciatæ, ad mortem usque, in bonis fratris fuerunt, existit nostra Conditio; nec filiæ hæ aut neptes impedimento Amitæ huic aut Proamitæ esse queunt, quo minus ex Patris, aut Avi, hereditate relicta paterna maternaque renunciata, quatenus & in quantum eorundem renunciatio quondam fratri facta fuerat, auferant: Quamvis filiabus aut neptibus defuncti, cui renunciatio à Sorore facta fuit, *biß auff einen ledigen Anfall*, existentibus, obstaculum successionis adesse videatur, per *d. Nov.* 118. II.

cap. 1. ob earum parentis & naturæ, defuncti filias, non sorores, ad hereditatem vocantis, votum. *l.* 7. *unde lib. l.* 7. *ff. de bon. damn. l.* 30. *C. de Fideic.* & sibi imputare debere videatur renuncians, quod clarius non expressit voluntatem. *l.* 38. §. 18. *l* 99. *ff. de V. O. l.* 39. *ff. de pact.* atque ob id remittenda ad casum, quo nulli fratris descendentes, cujuscunque sexus, amplius supersunt; Attamen cum initium & causa renunciationis tunc cesset, cessabit & ipsa renunciatio: in dubio quippe contemplatione masculæ sobolis facta. Heeser. *d. l. num.* 211. Ern. Cothman. *v.* 2. *Resp.* 99. *num.* 45. & *seq.* Casp. Klock. *vot. Camer. relat.* 56. *num.* 6. & succedunt nullatenus renunciantes ipsi fratri unà cum filiabus ejus; imo vero his solis earum parentis hereditas ab amita permittitur, renunciata saltem paterna, materna, quærente: prout late hoc examinat Kellenbenz. *d. tr. qu.* 19. *per tot.* Id quod verum est etiam in casu, ubi renunciatio fuerat facta *zu Erhaltung des Mannlichen Stammens und Nahmens, aller Vætter-Mütter- und Brüderlichen Erbschafft, so lang und vveil Kinder von ihren Brüdern, und dero Ehelichen Leibs-Erben, vorhanden und im Leben seyn vverden, alsobiß auff einen ledigen Anfall.* Quales formulas ex instrumentis superioris seculi observavit inclyta Facultas in casu, cum instrumentorum copiis nuper oblato. Quamvis enim vocabulum *Eheliche Leibs-Erben* sit generis dubii, ipsa tamen finalis ratio non potest non in dubio id restringere ad masculos, per quos agnatio conservatur, uti infra *th.* 47. pluribus hoc monstrabitur. Non obstant ea, quæ supra th. 10. ex Gœdd. contra moveri possunt, quippe ad ea ibidem jam responsum.

XXV.

III. III. *Fratres plures, uni a. ex iis paternæ renunciatio facta*, reliquorum nulla facta mentione: & tunc *fratre eo mortuo post patrem, reliquis adhuc viventibus*, conditio nostra non existit; quia in obitum parentis directum est pactum renunciatorium, qui, seu ante, seu post, moriatur, nil refert, cum renuncians pro mortua habeatur: & pacta talia liberatoria absentibus quoque prosunt; causaque renuncia-

ciationis in omnibus fratribus obtinet. Kellenbenz. *qu.* 16. *n.* 4. Limitat tamen *num.* 15. *& seqq.* nisi uni soli in specie renunciatio facta, & pluribus hoc persequitur.

IV. *Fratres plures, iisq; omnibus facta paternæ &c. Successionis renunciatio:* & tunc si *unius ex illis linea in ulteriori gradu defecerit, extantibus masculis in cæteris*, conditionis nostræ existentia haud est; quia non omnes, propter quos renunciatio præsumptivè facta, decesserunt: collectivo enim sub nomine, in agnationem, facta renunciatio: per ea, quæ habet idem Kellenbenz. *d. tr. qu.* 21. *num.* 8. *& seqq.* ubi ostendit, ad decedentis filias ejus portionem haud pertinere, causa renunciationis in iis cessante; sed tamen nec ad renunciantem reverti, verum ad eos, qui sunt de agnatione, devolvi. Add. Besold. *d. p.* 5. *cons.* 221. *num.* 16. ubi, quod morientis hujus heredes ratam illam, quam ex sororis renunciantis portione acceperint, reliquis agnatis restituere necesse habeant. Quia verò fideicommissum hac conventione ipsis constitutum est, per ea, quæ infra *thes.* 60. utili condictione à filiabus defuncti masculi id peti posse, tradit Kellenbenz. Casum hîc ita ex Tessauro. *dec.* 87. format Besold. *Thes. pract. d. l.* Renunciatio, facta à sorore, pacto adjecto, quod, mortuo Titio & Sempronio sine liberis, liceat sibi redire ad bona sua: an subsistat mortuo uno istorum sine liberis, ita ut altero supervivente à mortui hereditate excludatur? IV.

XXVI.

V. *Fratres plures*, iisque facta omnibus paternæ, maternæ, fraternæ hereditatis renunciatio, ita, ut expresse non constet, an fœmina ob fratres solum renunciaverit, an vero hisce, quandocunque, seu in quocunque gradu, non primo tantum, deficientibus, jus suum reservatum esse voluerit: dum forsan in Renunciationis instrumento extat, quod ea facta sit: si fratres sine masculis decesserint; vel simpliciter in favorem masculorum, sine regressus reservatione; vel *biß auff den lezten meiner Brüder, und einen ledigen Anfall:* vel simpliciter, *auff einen ledigen Anfall.* Et putat tunc Kellenbenz. *d. tr. q.* 20. *num.* 1. *& seqq. si fratres semel cum masculis decesserunt*, V.

extin-

extingui penitus conditionem nostram, ut amplius non possit existere, etsi masculi illi post defecerint: concedens, secus se habere in casu contrario, ubi expresse aliud actum. Verum quod non ita extinguatur, patebit ex adducendis infra *thes.* 41. Idemque est, si *unus saltem frater* fuerit, & relictus ab eo *filius post sine masculis decesserit, filia forsan relicta.* uti præjudicium inclytæ Facultatis in casu proposito *in d. thes.* 47. etiam adfertur. Quamquam si expresse id actum esset, (in dubio nullatenus præsumi potest, per ea quæ infra *thes.* 76. de interpretatione hujus pacti) tunc secus foret.

XXVII.

VI. VI. *Fratres plures*, iisque omnibus facta paternæ, maternæ, fraternæ successionis renunciatio, regressu non ipsis saltem, sine masculis decedentibus, sed descendentibus eorum masculis quandocunque deficientibus, reservato, & tandem *ultimus masculorum sine masculis expirat:* tunc existit utique conditio hæc, nec translata semel à fratribus in masculos descendentes hereditas eandem perpetuo deficere fecit: quicquid sentiant nonnulli, nec pauci, ob vim factæ semel aditionis renunciatæ hereditatis, temporalitatem excludentis, ob perpetuam ejus naturam. *l.* 7. §. 10. *ff. de min.* pacto immutabilem. A. Faber. *Err. pragm.* 1. *dec.* 27. *num.* 16. Etenim in materia renunciationis fœminam non censeri perpetuo exclusam, sed quamdiu supersunt masculi, firmam esse conclusionem, observavit Gail. 2. *O.* 148. *num.* 10. Id quod maximè ex mente contrahentium procedit, si formula reservationis usi fuerint hac: *So lang einer deß Nahmens N. N. lebt.* propter *l.* 7. *C. de inst. & subst.* propter particularum; donec: quamdiu: quoad: quo usque: *So lang der Manns-Stamm vvehrt: so lange oder vvo Mannliche Erben vorhanden*, naturam; perpetuitatis simpliciter talis exclusionis ignaram. per ea, quæ habet post alios Knipschild. *d. tr. c.* 8. *num.* 276. *& seqq.* Rosenth. *de Feudis c.* 7. *num.* 15. *& seqq.* Hancque sententiam de non exclusione in perpetuum semel exclusarum: & veriorem de jure & æquiorem esse, latè monstrat & casum hunc latè contra Husmann. *d. diss.* defendit Kellenb. *d. qu.* 20. *num.* 3. *& seqq. add. qu.* 19. *num.*

num. 17. Quotiescunque v. a masculis, quorum in gratiam ita facta fuerit renunciatio, exclusa fuerit renuncians, aut ejus heredes, applicabilem hanc decisionem existimamus. Et quod idem de Jure Feudali sit, non obstante *cap. un.* §. *quin etiam*: 1. *Feud. 6.* post plures Feudistas monstrarunt responsis suis integra Collegia, nempe Marpurg. teste Vultejo *de Feud. c.* 9. *num.* 52. *& seqq. fol. m.* 417. qui latissimè de hoc puncto. Wittenbergense, referente Heigio 1. *quæst.* 26. *num.* 9. Lipsiense, notante Finckelth. *disp. feud.* 6. *contr.* 24. quanto magis ergo in hac materia allodialium, quorum fœminæ per naturam communem & regularem capaces sunt. Licet ergò jure Feudali secus esse: uti quidem communissimam hanc esse sententiam, receptissimam & solidis rationibus & argumentis suffultam, ac ab ea in judicando minime recedendum, æstimat Harpprecht. *ad pr. Inst. de her. quæ ab intest. à n.* 208. *usque ad* 243 non tamen ad allodialia id applicari posset. Antecess. hujus Facult. *vol.* 4. *cons.* 171. *num.* 160 certe Germaniæ consuetudini notissimæ id convenit. Vid. Eberh. Jun. *vol.* 2. *cons.* 5. *num.* 22. Pro hac sententia est etiam late in utramque partem disputatum à Muscul. *d. tr. n.* 269. *& seqq.*

XXVIII.

VII. *Fratres plures*, quibus tamen renunciatio facta: *biß auff den lezten meiner Brüder, da derselbe ohne Mannliche Leibs-Erben vvürde mit Todt abgehen*: & licet *omnes alii decesserint, masculis tamen relictis & viventibus, ultimus vero tandem sine masculis*, conditio tamen nostra non existit, quia scil. non hunc respexerunt solum, sed principaliter agnationis favorem, adeoque mens & voluntas refragantur. Kellenbenz. *qu.* 18. *num.* 17. VII.

VIII. *Fratres plures*, formula dicta, *& ultimus ex filiis eorum*, ad quos jam bona renunciata pervenerant, *decessit sine masculis, verum Testamentario herede relicto*. Et conditio nostra nihilominus tunc existit, in renunciatis paternis, maternis, fraternis. Quamvis enim videatur reservatio tantum fieri in casum ultimi ab intestato decedentis, nec VIII.

Qq anse-

auferat teſtandi facultatem renunciatio, bonaque renunciata cum ejus bonis unum patrimonium facta cenſeri poſſent; cum tamen reſervatio hunc in finem ſit facta, de quo poſt *th.* 43. contrarium neutiquam diſponere de parte ita renunciata poterit: prout latè hoc perſequitur Phil. Matth. *vol.* I. *conſ.* 21. *num.* 15. *& ſeqq.* contra reſponſum nonnullorum JCtorum in contrarium, quod examinat & refutat. Cæterum in ipſius ultimi hujus defuncti bonis non exiſtit, nec contra teſtamentum ejus remedium habet: quia receptio renunciationis non habet effectum ademptionis teſtandi facultatis. per ea, de quibus infra.

XXIX.

IX. IX. ***Fratres plures***, quibus ita renunciatio facta, ut paulo ante dictum, & deceſſerint omnes alii cum maſculis, his vero omnibus defunctis, ***ultimus pariter maſculorum nullo, nec ex ſe, nec ex fratribus, relicto, obiit.*** Et tunc exiſtit noſtra conditio in modo dictis renunciatis; ſcil. quia cum liberis maſculis deceſſiſſe non intelligitur, qui eos vivos amiſit. *l.* 17. §. 7. *& ibi Bart. ff. ad SCtum Treb. c. in præſentia. & ibi Gloſſ. X. de probation.* Kellenbenz. *d. q.* 18. *in f.* Dico: *in modo dictis renunciatis*; nam ſi fœminas ex ſe deſcendentes reliquit, cum renunciantes ſorores iiscum non admittantur ad ipſius patrimonium, etſi non renunciaverint, non etiam ex pacto hoc admitti poterunt. Si vero nec deſcendentes reliquerit, ſed collaterales aut aſcendentes, tunc ex jure communi ſucceſſio eſt. *Nov.* 118. *c.* I.

X. X. ***Fratres plures viventes adhuc***, & ſoror paternæ, maternæ, & fratrum prædefunctorum hereditati renunciavit, ***illique tandem deceſſerunt ſine maſculis***, tunc noſtra exiſtit conditio. Heeſer. *loc.* 20. *num.* 341.

XI. XI. ***Fratres Conſanguineos & Uterinos***, & conſanguineorum ultimus etiam ſine filiis ***deceſſerit, tantum relictis fratribus uterinis.*** Et in paterna, materna fratrumq; ejus prædefunctorum hereditate exiſtit noſtra conditio: quia in his reſpectus agnationis & familiæ conſervandæ non eſt. *l.* 196. *ff. de V. S.*

V. S. Facit huc, quod ut appellatione fratris, in materia maxime onerosa, veniat utrinque conjunctus. Muscul. *d. tr. num.* 267. Sic in hac materia excludatur uterinus.

XII. *Fratribus, habentibus etiam Patruum.* Et, si paternæ, maternæ, &c. Renunciatio facta, ii vero tandem *decesserint & masculus etiam agnatus, ex liberis eorum ultimus, Patruo tamen superstite,* & conditio nostra existit, quia patruus in renunciatarum hereditatum successione non concurrebat. Kellenbenz. *d. tr. q.* 39. *n.* 16. XII.

XIII. *Fratres plures, & uni soli asseruit,* se nihil ab eo è paterna hereditate exacturam; aut non solum nil sese experituram promisit, sed simul etiam expresse fratri huic omnem suam successionem cessit, eique soli, donavit. Vid. Kellenbenz. *qu.* 16. *num.* 15. XIII.

XIV. *Fratres plures habenti, sed cæteris absentibus,* nec pacto insertis, atque *his tempore mortis ejus,* qui renunciationem paternæ &c. recepit, *superstitibus,* vel uno vel altero. Et conditio nostra nondum existit: quia licet absenti non possit regulariter fieri stipulatio, aut ex pacto quid quæri: *l.* 17. §. *si pactus. ff. de pact. l.* 56. *de O. & A. l.* 38. §. 17. *de V. O.* §. 4. *I. de Inut. stip.* fallit tamen id, si quid contemplatione ejus personæ factum fuisse præsumitur: & per alias rationes, maximè, quod filia renuncians pro mortua habeatur in hoc statu: item ob favorem agnationis. Kellenbenz. *d. q.* 16. *ubi late.* Muscul. *d. l. num.* 382. *& seq.* Item, si donatio, uni ex pluribus facta, concernat favorem familiæ: ubi sufficit primum acceptasse, cæterorum acceptatione non est opus. Perez. *in Cod. de don. quæ sub mod. num.* 11. Sed & juramenti ratio id urget, quasi præsentia DEI suppleat pro absente. P. Æmil. Gall. *tr. de except. success. p.* 1. *tit.* 2. *except.* 1 *num.* 17. *& seqq.* Distinguit tamen Kellenbenz. *d. q.* 16. *num.* 10. *& seqq.* an delatam, facta bonorum divisione cesserit: &, *eo sine masculis decedente,* Conditio nostra existit; secus si ante divisionem uni ex fratribus cesserit: tunc enim necesse est, ut & cæteri sine masculis mortui sint. XIV.

XXX.

Item si facta III, AGNATO.

Quod si porro renunciatio facta, non Fratri, sed

III. AGNATO

Scilicet uni, *alios adhuc habenti Agnatos, isque decesserit agnatis relictis:* & nondum existit conditio nostra, sive expresse pro se & reliquis agnatis eandem receperit. Kellenbenz. *qu.* 39. *num.* 6. sive ex verisimilibus conjecturis apparere id queat: ut si, nulla spe prolis existente, pro suis heredibus in genere: vel pro se & suis heredibus stipulatus fuerit. Materia enim subjecta tunc hoc dictat. Et licet alteri stipulari utique & hîc; cum stipulantis intersit. §. 18. *I. de Inut. stipul.*

Subjecti hujus Existentiæ Activi ratione requiritur Existentia vel Renunciantis vel Heredum ejus ab intestato.

Atque hæc de Existentia nostra, considerata Subjectivè, quoad Subjectum scil. eidem per mortem eorum, quorum in gratiam Renunciatio facta, locum faciens. Sequitur, ut paucis de *Subjecto, cujus in gratiam facta Reservatio,* atque per suam existentiam Existentiæ conditionis nostræ locum facit, dispiciamus.

XXXI.

Existentia quod hic desideretur vel ipsius *Renunciantis,* vel ejus *heredum alicujus,* non est dubium. Reservando enim sibi suisq; heredibus fœmellæ prospicere solent, etsi eorum mentio non facta. *text. gen. in l.* 9. *ff. de Prob. l.* 13. *C. de contr. & com. stip.* cum Alber. de Rosa, Paul. Castr. Jason. Richter. *d. p.* 6. *cons.* 3. *num.* 47. Ubi ratione Gradus nulla est differentia. Uti enim Renunciatio masculis, in infinitum extantibus, fieri solet, sic & reservatio. Kellenbenz. *quæst.* 20. *in fin.* Jus enim, per pactum reservatorium quæsitum, est ad heredes transmissibile: etsi, ut hic, Reservatio sit conditionalis, & reservans ante conditionis eventum decedat. *arg.* §. 4. *J. de V. O. ubi DD. l.* 3. *C. de donat.* cum Socin. Cravett. Zanch. Noal. *tr. de Transmiss. c.* 5. *num.* 4. maximè, si quæsitæ jam hereditati ita fuit renunciatum. Ita cum Bart. *in l. fin. coll. ult. ff. ad SCt. Tert.* Ph. Matth. *d. v.* 1. *cons.* 20. *num.* 52. ad minimum heredibus renunciantis debitum in vim pacti. *arg. d.* §. 4. *J. de V. O.* Cum Socino 1. *Cons.* 147. *Col.* 5. *Vers. quod cogitaverit.* in terminis ita tenente

Ph.

Ph. Matth. *d. l. num.* 55. Quantum verò ad horundem Heredum *qualitatem* attinet: ***An ad reservantium heredes ab intestato tantum pertineat; an vero & ad testamentarios?*** hic vero parum à Dd. traditum deprehendimus. Kellenbenz. *in d. tr. quæst.* 22. agit de transmissione hujus reservati Juris ad heredes; at generalius agit, ut adeo sententia ejus conjecturanda sit; quæ videtur tamen affirmativa. Besold. *in thes. pract. d. l. vers. an filia possit &c.* Posterius negat, ex ratione, quod sit hoc jus instar fideicommissi pacto initi, & conditio incerta faciat, ut non transeat ad heredes. Remittit tamen lectorem ad Noal. *de transmiss. cap.* 5. Verum & hic in genere hereditatis reservatæ jus ad heredes transmissibile putat. Item ad Cravet. *cons.* 127. Verum utut Cravetta *ibid. num.* 11. videatur statuere ex supposito, quod hereditas renunciata, extantibus masculis, non fuerit renuncianti delata, & sic transmitti ad heredes non potuerit; in seq. tn. *num.* 12. ab eo recedit his verbis: *Amplius dico in casu isto, quod, licet Bart. in d. l. fin. column. fin. ff. ad Tertull. dicat, transmissionem non fieri: & supra hanc opinionem tenere visus fuerim, tamen adhuc videtur procedere fundamentum meum: quia istud jus conditionale debetur in vim pacti, ideo videtur transmissibile. per text. in* §. 4. *J. de V. O. & ita ex post reperi Socin. idem in terminis tenentem in consil.* 147. *col.* 5. *circa med. vers. secundo quod cogitaverit, lib.* 1. Atque sic & generaliter reservati juris transmissibilitatem ipse Cravetta ibid. agnoscit. Nobis vero illa ratio, à Besoldo *d. l.* generaliter ita & simpliciter posita, suspecta videtur. Quamvis enim fideicommissa, per ultimas voluntates constituta, ante fiduciarium præmortuo eo, cui ex fideicommittentis voluntate restitutio erat facienda, extinguantur. *l.* 59. *l.* 79. *ff. de Cond. & Demonstr. l.* 4. *ff. Quand. dies leg. l.* 48. §. 1. *ff. de jur. fisc.* Gail. 2. *Obs.* 132. Diod. Tuld. *C. Quand. dies leg.* scilicet quia benevolentia disponentium ita personalis est. *Dd. ad l.* 9. *ff. pro soc.* ac beneficia semper ob bene merita ejus, cui præstantur, præsumuntur. Bartol. *ad d. l.* 9. cum tamen hîc pacto res agatur, longe aliter sentiendum erit, *propter textum in l.* 42. *pr. ff. de O.*

An Testamentario heredi proficiat hæc Existentia.

& A. quippe per pacta heredibus, etiam testamentariis, providere à communi præsumptione quilibet censetur. *Dd. ad l. 9. ff. de prob. d. l. 13. C. de contrah. stip.* Brunn. *ad d. l.* Putamus itaque & hic normam ac cynosuram renunciationibus, atque sic conditionis nostræ existentiæ, dare renunciationis *Instrumentum*. Adeoque, si in eo reservatio expresse facta renunciantis descendentibus: (Quod ut semper fieret, melius, & tutius, omnino foret,) facultate ad extraneos, seu cessione, seu ultima voluntate, transferendi privare se voluisse censendum erit, ac non, nisi propter amorem liberorum, reservationem factam. Quorsum pertinet, quod habet Ph. Matth. *d. V. 1. cons. 20. num. 30.* Et quadrat ratio tunc, quare ad ejus, cujus in gratiam renunciatio facta, descendentes non agnatos, renunciatio non transeat: quod nemo præsumatur extraneum suo sanguini præferre voluisse. de quo post. Quod si vero non ita, sed simpliciter, cum pacto regressus subjecti hujus haud determinativo; tunc non videmus sufficientem rationem, cur à jure communi hic recessus fiat; quo quippe jura, facultates nostras augentia, si non sunt personalia (quæ quippe morte extinguuntur:) & cessibilia sunt. *arg. l. fin. C. de hered. Vend.* etsi in spe & potentia, nec actu, eadem cedens habeat. Panormit. *in c. pastorali. num. 8. ff. de jur. Patr.* si modo, ut hic, spes est probabilis, nec votum captandæ mortis alterius inducat. Brunn. *de Cess. Act. c. 4. num. 70. junct. n. 1. & seqq.* & simul etiam transmissibilia in quoscunque, etiam testamentarios, heredes. *arg. l. 24. de V. S. l. 62. ff. de R. I.* Et quod ejusmodi reservati juris cessiones licitè fiant, nec ex hoc capite infringi queant, obvia sunt exempla quotidiana. Quomodo pro cessionis reservati talis, à Claudia Dn. de Hohenfels filia, Electori Palatino factæ, validitate, sine hæsitatione respondit Thom. Michaël. *in vol. 3. Consil.* Casp. Klock. *consil. 106. num. 66. & seqq.* addens, hoc adeo verum esse, ut, si cedens & cessionarius ambo uno & eodem tempore actiones suas in judicium deducerent, cessionarius præferendus esset, & cedenti agere non permitteretur; quamvis cedens sponte comparere, agere & litem persequi vellet: & ita

Vt in aliis, sic & hic, normam dat Renunciationis talis Instrumentum.

ita in ſpecie tradere Cynum, Salycetum, Schraderum, in locis ibi citatis.

XXXII.

Quamvis vero hoc in membro reſervationis, indeterminate factæ, videbatur ex jure communi Rom. differentia adhuc facienda inter renunciationem hereditatis *Delatæ & acquiſitæ jam pleno jure.* vid. Gomez. 2. *Var. Reſol. c.* 14. *num.* 14. Phil. Matth. *d. v.* 1. *Conſ.* 21. *n.* 21. Gœdd. *v.* 1. *Conſ.* 27. *n.* 46. de cujus & cedendi & transmittendi Facultate nemo dubitat, & *delatæ* quidem, *ſed nondum acquiſitæ:* nec enim delata hereditas mox eſt etiam acquiſita, ſed talis, quam quis poſſit adeundo conſequi. *l.* 151. *& ibi* Gœdd. *& Dd. ff. de V. S.* Et tunc, propter in quibusdam heredibus neceſſariam delationis ſibi factæ ſcientiam, ad effectum transmiſſionis, diſtinguendum iterum eſſe inter heredes, quibus delata, eos, qui ejus, cujus hereditati futuræ renunciatum, ſunt *Sui heredes:* de quibus quia conſtat, quod tantum quoad actum ſecundum voluntatis de hereditate retinenda ab iis declaratio fiat: quos ad delationis, ſibi factæ, effectum transmiſſionis ad heredes ſcientiam habere non opus eſt, propter jus ſuitatis, fundatum *in* §. 2. *J. de Her. Qual. & diff.* §. 3. *J. de Hered. ab inteſt. l.* 11. *ff. de lib. & poſth. l.* 7. §. 1. *ff. de acq. her. l. fin. C. de Impub. ſubſt.* Alexand. *vol.* 1. *conſ.* 20. *num.* 5. *& ſeq.* Ph. Matth. *vol.* 1. *Conſ. Marpurg.* 20. *num.* 40. Et heredes qui ſunt ejus, cujus hereditati renunciatum, non Sui quidem heredes, *Deſcendentes* tamen; quos ad transmiſſionem non aditæ hereditatis, ad ſuos tamen deſcendentes tantum, ſcientia opus non habere, conſtat *ex l. un. C. de his, qui ante apert. tab.* Ph. Matth. *d. l. n.* 41. Et heredes, qui ſunt ejus, cujus hereditati renunciatum, nec ſui heredes, nec alias deſcendentes, alii tamen quicunque, ſeu *Extranei*; quos ad transmiſſionem non aditæ ad quoscunque heredes, intra annum ſi deceſſerint, ſcientia opus habere, notum eſt *ex l.* 19. *ibi: ſciens. C. de Jur. delib. l. un.* §. 3. *C. de Caduc. toll. l. un. C. de his, qui ante apert. tab.* Ut ita, ſi ſecundum Jus Romanum res eſſet æſtimanda, futuræ hereditatis renunciatio duas involvere conditiones: nempe tum delatio-

Quoad Transmiſſionem *hujus Reſervati an* Diſtinguendum, *utrum Renunciatio facta* Hereditatis, *tempore renunciationis* Delatæ *&* acquiſitæ *jam?* *Et* Delatæ *quidem ſed* nondum acquiſitæ? *Ac* quoad hanc, *inter Spem Transmiſſionis ex jure* Suitatis? Sanguinis? Deliberandi? *Scil. quoad Delationis* Scientiam, *de Iure* Romano?

lationis, renuncianti viventi adhuc factæ, cui supervivere necesse est. *l.* 55. *de Condit. & demonst.* Cravet. *conf.* 84. *num.* 5. *& consil.* 127. *num.* 1. *&* 4. Gœdd. *Vol.* 1. *conf.* 27. *num.* 34. scil. vi ipsius pacti, naturæ ipsius verisimilitudinis. *arg. l.* 54. §. 1. *ff. Locat.* Hartm. Pistor. *lib.* 2. *Q.* 7. *num.* 47. Besold. *in delib. ex* 2. *ff. d. qu.* 19. ipsius renunciantis voluntatis & facti. Surd. *d. consil.* 133. *n.* 17. tum ipsius delationis scientiæ: quibus concurrentibus renunciatio nondum delatæ, quondam facta, posset id operari ut vim & effectum conferret in tempus habile. *arg. l.* 62. *de Her. Instit.* eoque adveniente in vivente renunciante aditionem pariter & cessionem operaretur. *arg. l.* 4. & ibi Bartol. *C. de donat. ant. nupt.* Bald. *Vol.* 1. *conf.* 337. *nu.* 4. Betf. *d. tr. fol.* 763. Steph. Grat. *dec.* 17. *num.* 27. Verum, cum hic in materia anomala, & à jure comuni in multis recedente, versemur, nec doctores, quorum evolvimus plurimos, nobis, quoad hanc *delationis scientiam* præire voluerint, cuilibet hæc penitius & inquirenda, & expendenda relinquimus, addentes hactenus dictis, quod tradit Salg. de Somoz. *d. tr. labyr. cred.* p. 2. *cap.* 14. *num.* 35. quod in renunciatione hereditatis delatæ occultetur unus actus, sc. acceptatio, quæ præcedere supponatur, tanquam necessaria. sc. juxta text. sing. in *l.* 3. §. *fin. ff. de don. int. v. & ux.* quod cedens tacite se gerere videatur pro herede. Hæc ita quidem si hereditas futura renunciata renuncianti adhuc viventi fuit delata.

Consuetudinario? *Et Hereditatis, tempore Renunciationis adhuc* Futuræ: *An hic* distinguendum, *si, nondum delata, renuncians mortua,* Herede *relicto cum* effectu: *& tali ab intestato alias, suo jure, defuncto succedere valente? Hunc* teneri stare renunciationi, *etsi, renuncianti non delata fuerat,*

XXXIII.

Si vero ***Futuræ*** Renuncians, ***ea nondum delata***, decesserit: quod sæpe fieri solet, Besold. *in delib. d. l. num.* 9. videbatur distinguendum esse, utrum decesserit ***herede cum effectu relicto***, an ***relicto quidem herede***, sed ***qui non adiit***. ***Priori*** in casu, herede nempe ita relicto, iterum distinguendum videbatur, utrum ille heres ei, cujus hereditati renunciatio facta, ab intestato, suo jure, sit successurus; uti si hereditati futuræ adhuc Renunciatio facta, e. g. ascendentis, omnes Renunciantis descendentes vocantur in infinitum in locum Parentum. *d. N.* 118. *c.* 1. Forster. *in Comment. de success. ab intest. in 6. casu illius quæstionis, ubi jus repræsentationis locum non habeat*

habeat. Item si fratris; omnes Renunciantis filii, filiæ, qui cum patruis suis ab intestato alias una succedunt. *d. N.* 118. *c.* 2. Et tunc licet delata non fuerit Renuncianti, præmortuæ quippe; hos ipsos tamen defunctæ Renunciantis heredes, factum ejus, de hereditate, quandocunque delata fuerit, cum effectu non adeunda, præstare teneri, quamplurimis rationibus & Dd. autoritatibus vult adstrui. Scilicet 1. quod dos à Renunciante, se eadem contentam asserente, accepta sit loco hereditatis. Cothman. *Consil.* 99. *num.* 31. Ut adeo nec legitima amplius peti queat, per ea, quæ habet Manz. *de testam. val. tit.* 12. *qu.* 2. *num.* 38. & *qu.* 49. Add. Gail. 2. *Obs.* 122. *num.* 13. Et juxta communiter receptam opinionem. de qua Menoch. *vol.* 1. *consil.* 71. *num.* 21. Gutierez. *de Confirm. juram. cap.* 19. Etiamsi plurium hereditatum Renunciatio facta, scilicet propter intentionem paciscentium. Vultej. 4. *Cons. Marp.* 58. *n.* 11. Menoch. *cons.* 3. 2. Ejusque acceptatio talis de futuro incerto successionis eventu sit quasi transactio. *arg. l.* 8. *C. d. transact.* Imo 3. tempus acceptæ dotis surrogetur in locum temporis delatæ successionis, ejus ob id naturam sapiens *per vulg.* Bellon. *Cons.* 15. *num.* 6. & *seqq.* ubi hanc opinionem, de qua hic agimus, communem dicit. Maximeque 4. hoc procedat, si pactum de non petendo quid amplius Renunciationi fuerit adjectum. Cothman. *Resp.* 99. *n.* 134. Et uti 5. Renunciatione, ob Familiæ & Nominis conservationem, publicam utilitatem hac ratione respiciente, facta, Renuncians mater ipsa, si viveret, non succederet; ita nec etiam ex ea nati queant. Cothmann. *d. l. num. seq.* Qui 6. eandem repræsentent. *Nov.* 118. *cap.* 1. §. 6. *l. de Hered. quæ ab intest.* ex ejus persona succedentes. Surd. *Consil.* 355. *num.* 43. Cothman. *d. l. num.* 127. Et 7. quia heredes ejus factum præstare teneantur. *l.* 14. *C. de R. V. l.* 3. *C. de Reb. al. non al.* Surd. *d. l. num.* 38. & 43. Cothman. *d. l. num.* 138. & *seq.* Marpurg. *Vol.* 1. *cons.* 17. *num.* 119. & *seq.* Ubi plura adducunt. Est enim heres una cum defuncto persona. *Nov.* 48. *in præf.* & contra factum ejus venire non potest, per deducta ab Antonio Gabriel. *de Reg. Jur. lib.* 6. *Concl.* 2. *ubi: heres non potest venire contra factum defuncti.* Add. Jac. Rick. *tr. de Union. Prol. cap.* 7. *num.* 65. & *sqq.*

asserunt quāplures. Eorum Rationes

Marginal numbers: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

seqq. Berlich. *p.* 2. *pr. concl.* 47. *n.* 14. Kellenbenz. *d. t. qu.* 33. *n.* 46. adeoque conditio nostra existere haud posse videatur. Idemque
8. 8. & in feudi refutatione obtineat. Rosenth. *de feud. c.* 9. *concl.* 69. *num.* 1. *a.* Vultej. *de feud. cap.* 11. *num.* 94. *& seq.*
9. Et in jure 9. certum sit, quod quis de bonis heredis sui disponere possit. §. 4. *J. de Legat. l.* 97. §. 9. *de Leg.* 2. Carpzov.
10. *J. F. p.* 2. *concl.* 35. *def.* 12. *num.* 7. *& seq.* Insuper & 10. ejus conscientiam juramento obstringere queat. Muscul. *de Success. Convent. cl.* 1. *membr.* 2. *concl.* 6. *Lit. D. in fin.* Obstricti alias & defuncti exonerare conscientiam. *cap. fin. X. de sepult. cap.* 5. *X. de Rapt. cap.* 9. *X. de Usur.* & quæ aliæ plures sunt.

Negamus nos cum longe pluribus, ob Rationes. In *contrarium* autem non minores sunt pondere, nec pauciores, rationes & autoritates. Ex quibus maxime, quod I. liberi, heredes e. g. aviæ, matri non delatam hereditatem, non matris beneficio, séd ejus respectu independenter ex proprio, à lege quod habent, jure occupant. Richter. *p.* 4. *consil.* 26. *numer.* 24. *junct. dec.* 69. *in fin.* utut respectu propriorum thiorum ad effectum, ne proximitate gradûs eorundem excludantur, matrem aviæ, renunciantem eidem, prædefunctam repræsentent. Bachov. *ad Treut. Volum.* 1. *Disp.* 6. *th.* 8. *G. vers. illud*
II. *hoc loco.* Cravet. *consil.* 127. *n.* 4. II. Omnis Renunciatio hereditatis tacitam in se habet conditionem: *si deferatur renuncianti.* Ant. Faber. *lib.* 6. *C. tit.* 34. *num.* 6. *& seq.* Surd. *cons.* 133.
III. *num.* 20. Besold. *in delib. ex lib.* 2. *ff. d. n.* 19. III. Verisimiliter Renuncians de hoc casu turbati mortalitatis ordinis. *l.* 15. *ff.*
IV. *de inoff. testam.* non cogitavit. Besold. *in delib. d. l.* IV. Exheredatus filius, superstes patri, obstat nepoti: non superstes minimè. *l.* 6. *de Injust. Rupt. Test.* Add. *l.* 9. §. *si filium. ff. de lib. &*
V. *Posth.* V. Nepotes hi heredes, etsi cum avia pacti essent renunciando, juramento tamen non renunciassent, & sic non excluderentur *l.* 3. *C. de Collat. l. fin. C. de suis & Legit. cap. Quamvis.*
Quia hac Sententia etiam recepta. *de Pact. in* 6. *l.* 35. §. 1. *C. de Inoff. Test.* Quæ sententia inter Pragmaticos Interpretes penè omnes recepta ac probata, teste post alios contrario Cothmanno *d. cons.* 99. *numer.* 115. *& seqq.* pro vera agnita etiam à Bachovio *d. l.* Quanquam, ut solet, in fine ibidem dubitat: annon consuetudo, Renunciationem illam probans, legi Civili, hereditatem nepoti deferenti, derogaret:

idque

idque accuratius expendendum relinquit. Imò pro verissima & communissima à Carpz. *lib. 6. Resp. 72. num. 8.* optimis rationibus subnixa. Hartman. *Pistor. l. 4. Q. 7. n. 14.* probata Gailio *2. obs. 147. in fin.* Heesero, qui hanc quæstionem latè tractat, *d. tr. n. 233. 236. & multis seqq.* firmata Responsis Facultatum, Lipsiensis. Modest. *Pist. consil. 33. num. 8.* Jenensis. Richter. *d. p. 4. consil. 26.* Helmstadiensis & Marpurgensis. Eodem Richt. *d. consil. n. 22. & dec. 69. n. 14.* testibus. Sed & Scabinatuum ac Dicasteriorum: & in praxi servari, notavit Cravetta *cons. 84. num. 5.* nec ab ea in consulendo & judicando recedendum esse, monet Gozadin. *cons. 75. num. 21. & seq.* minimèque contrariam Belloni communem esse, certò asseverat Cephal. *d. cons. 335. num. 13.* & Besold. *Thes. pract. d. l. vers. Renunciatio.* observavit, *ad leg. qui superstitis. ff. de acq. her. d. l. 3. C. de collat. & l. stipulatio. de V. O.* nemine ferè refragante uno id ore tradere: ut dubium non sit hanc doctrinam communi Dd. calculo approbatam esse. Quomodo hæc quæstio à DDnis Antecessoribus mens. Jan. anni 1680. per has & alias rationes, in utramque latè examinata fuit, & pro posteriori hac sententia, refutatis solidè prioris rationibus, responsum. Maximè, quia hoc ut renunciantis liberis, etiam in non delata Renuncianti, præjudicetur, à renunciante non fuit actum, atque ideò dici nequit, quod, si heredes sunt, contra factum defuncti veniant. Surd. *d. cons. 133. n. 17.* cùm nullum hîc sit; certè lege non validum, heredes non obstringens, per collecta Barbos. *loc. voc. Heres: axiom. 1.* adeoque ne quidem illa renunciantis religione, quæ personalis est. B. Lauterbach. *tr. Synopt. de Jurament. in genere. §. 1. num. 33.* Conf. Besold. *d. l.* Strauch. *in Lexic. partic. jur. voce: donec. num. 2.* Fluit hinc, quod liberis renunciantis talis, ante patrem mortuæ, si in ejus, avi quippe sui, testamento exclusi deprehendantur, idque contra officium factum, querela inofficiosi testamenti competat. Kellenb. *qu. 39. n. 2. 3.* Heeser. *de acqu. conj. l. 20. n. 118. 123.*

& firmata Responsis. Præjudiciis

XXXIV.

Aut verò ***heres ei, cujus in gratiam facta renunciatio, aliàs successurus non est:*** ut si essent renunciationem

Aut ita suo jure

succedere non valente? ſuæ hereditatis recipientis fratres aut fratrum filii, & mortua renuncians non, niſi ex filiis aut filiabus præmortuis, nepotes reliquerit, exiſtentes tùm, cùm frater, cui renunciatio facta fuerat, decedit. Et tunc conditio noſtra ſubjectivè non poteſt exiſtere, etiamſi maſculi deceſſerint, & renunciantis ſoror aut fratrum filiæ aut neptes ſuperſtites ſint: ſcilicet propter renunciationis nullitatem, quia nec Renuncianti, nec ejus nepotibus, hereditas delata fuit. *arg. d. Nov.* 118. *c.* 2. pactum autem Reſervativum adjunctum eſt pacti Renunciationis ſubjectivè validi; quo ipſo nullo, nullum eſt & reſervativum.

XXXV.

An v. relicto herede quidem, sed non adeunte?

Poſteriori verò in caſu, quando renuncians heredem quidem reliquit, ſed *qui renunciantis hereditatem non adiit:* & tunc nihil eſt, quod eidem, ſi ei, cui renunciatio ita facta, jure proprio ſucceſſurus eſt, obſtaculo eſſe queat: ſive adſint maſculi, ſive nulli adſint. Nam hereditatem ejus, cui facta renunciatio, non à renunciante accipit, aut mediante ejus hereditate: quam quippe non agnovit; ſed indubitatè proprio ſuo jure, à lege. *arg. d. Nov.* 118. *c.* 1. 2. 3. Adeoque ſi fœmella, quæ renunciavit futuræ patris, vel matris, vel fratris hereditati, ante ipſos, quibus renunciavit, deceſſit, relictis liberis, ejus hereditatem non agnoſcentibus, hi ipſi utique ad avi materni, aut patrui vel avunculi, hereditatem, maſculis licet exiſtentibus, admittuntur. Conf. Bald. 1. *Conſ.* 403. Scil. quia Renunciatio ſubjectivè, ex parte Renunciantis, nulla fuit pariter, nec ullo vinculo hi adſtricti ſunt, ob quod renunciationi tali ſtare cogantur. Favori ſiquidem alterius nemo renunciare poteſt, etiamſi is à renunciante jus cauſamque habeat, ne quidem cum juramento. Dd. *ad l.* 15. §. *f. ff. ad L. Aq. & ad l.* 2. *l. pen. C. ut in poſſ. leg. nom.* & Canoniſtæ *ad cap. ſi competenti. X. de for. compet.* cum Mynſing. 5. *Obſerv.* 63. *num.* 10. Bets. *d. tr. de pact. fam. Illuſtr. cap.* 8. Quid in Feudorum alienationibus, & ſic renunciationibus, quas interdum pro ſe & heredibus vaſalli faciunt, uſu veniat, latè, poſt alios plures, tractat Roſenth. *de Feudis. c.* 9. *concl.* 67. *& ſeqq.*

Hæc ergo, ſi ſubjectivè res ad exiſtentiam noſtram conſide-

ſideratur, ita ſe habent. *Quid a, ſi maſculus ultimus abſens mortuus ignoretur, nec tamen & de vita conſtet?* Hîc, uti aliis adhuc extantibus agnatis maſculis renunciatorum curam renuncianti aut ejus heredibus, non deferri putamus. Conf. Dn. D. Bardili *diſp. de cura bon. abſ. th.* 13. ſic è contrario, nullis extantibus, eam ad eos pertinere, non dubitamus.

De Cura Bonorum maſculi ultimi abſentis.

XXXVI.

Conſideratur & Exiſtentia hæc à Cauſa Materiali OBJECTIVA. *Hæc* ſupponit *quid* validè renunciatum & reſervatum in certum caſum.

Objectivè jam conſiderata conditionis noſtræ exiſtentia, circa quod nempe verſatur, ſupponit quid, & 1. communiter hereditatem; cui 2. fuit renunciatum, & 3. validè quidem; & 4. conſenſu renunciationem ſuſcipientis, aut ejus, cujus hereditati renunciatum, durante: eamque 5. delatam renuncianti viventi: & 6. maſculis, in quorum favorem renunciatum, viventibus: 7. in quorum poſt deficientiam renunciatum fuit reſervatum. Quod enim per renunciationem renuncianti, ejusque heredibus, fuit ademptum, hoc, exiſtente conditione noſtrâ, vi pacti, reſtituitur. Conſequenter ergo, ſi per eandem nil fuit ademptum, propter defectum renunciationis, Exiſtentia noſtræ conditionis nil reſtituit, nec opus eſt, ut expectetur. Id verò, per exiſtentiam hanc reſtituendum, quodnam ſit, eſt facti, & proinde probandum. Probari a. commodius nequit, quàm ex ipſo renunciationis talis *Inſtrumento, auß dem Verziegs-*inſtrument, *den Verziegs-Brieff*, ut appellat Beſold. *Theſ. Pract. d.l.* Fiunt enim ſuper his ſcripturæ, ut, quid inter partes actum ſit, exinde oſtendi queat. *per vulg.* actum ſcil. tàm ſubjectivè, quàm objectivè; tàm formaliter, quàm finaliter, & quavis aliâ ratione. Jus enim in causâ ſeu facto poſitum eſt: ut Alfenus ait *in l.* 52. §. 2. *ff. ad l. aq.* Pro tali itaque renunciationis inſtrumento præſumitur, ita ſc. geſta eſſe, quæ in eo comprehenſa. *arg. l.* 18. ubi Barboſ. Brunnem. Dd. communiter. *C. de probat.* Vultej. 1. *conſ.* 17. *num.* 77. Quorum inſtrumentorum ipſarumque renunciationum cum primis reſpiciendus eſt tenor: quemadmodum aliarum quarumcunque diſpoſitionum. *cap. porrò.* 7. *extra de privileg. cap. un. ibi. Propter tenorem inveſtituræ.* 2. *Feud.* 18. *l.* 126. §. 2. *ibi: plerumque in ſtipulationibus verba, ex quibus ea conditio oritur, inſpicienda ſunt. ff. de V. O.* Cujusmodi inſtrumen-

Id quodnam ſit, eſt facti. De quo ex Inſtrumento *Renunciationis maximè conſtare poteſt?*

mento exceptionem renunciationis opponentes si pro se utuntur, existente conditione nostra, adversus hereditatem renunciatam repetentes tenentur id etiam contra se admittere, ratione probationis pacti nostri reservativi. Ex edicto sc. *quod quisque Juris &c.* per tradita de Instrumentorum usu à Menoch. 2. *præsumpt.* 45. & Frid. Pruckm. *vol.* 2. *cons.* 19. *num.* 113. & plura collecta à Barbos. *loc. voc. instrumentum. ax.* 11.

XXXVII.

Objectum *communiter est* Hereditas *alicujus.* Cujus? *Scil.* *Renunciationem* recipientis Non rarò *etiam* Aliorum, *eam non recipientiū.* *Et sic* *Renunciatio* Objecti *ratione est vel* Generalis, *vel* Specialis. *Talis v. si est, non recipit ad alia* extensionem.

Sciendum autem, quod id, cui ita renunciatur, & quod reservatur, communiter est *Hereditas* alterius; interdum tamen bona tantum immobilia. Vid. Muscul. *d. l. num.* 230. Hereditas quidem, non ejus tantum, cui renunciatio fit, sed & tertii cujusdam, ad quam aliàs renuncians etiam cum renunciationem recipiente, aliisque sub causa finali, ob quam renunciatio fit, pariter comprehensis, renunciatione non factâ, concurrere poterat. Ita à filiâ Pater non suæ tantum, sed & filiæ, si inter partes ita convenerit, maternæ, fraternæ, atque alterius ex agnatione, cujuscunque, non raro renunciationem talem recipit. Vultej. *consil.* 17. *num.* 90. *Daß der Verzig auff alle Vätterliche, Mütterliche, und sonsten im Fürstenthumb* N. *anerstorbene, auch hernach anfallende, beruhe.* Speidel. *in syllog. d. l.* Exemplum refertur apud Bets. *d. tr. in add. lit. a.* *Auch auff Schvvesterliche*: Uti hoc in Principum Germaniæ familiis consuetum, teste, præter alia, pacto familiæ Frisiæ Orient. ap. Bets. *d. l.* Add. Besold. *Thes. Pract. d. l. vers. prætereà.* ostendens, quod renunciationes & subjectivè & objectivè sint tum generales, tum speciales. Ita cum Dalnero *de Renunc. var. jur. c.* 2. *n.* 52. Recipit tamen quis & interdum suæ tantum Hereditatis Renunciationem, non renunciantis maternæ, nec fraternæ, Muscul. *d. l. num.* 353. *& seqq.* Quo in casu existentiæ nostræ objectum est tantum paterna Hereditas, quicquid scilicet ex ea, ad filiam aliàs pertinens, ad defunctum fratrem per Renunciationem pervenit, masculis ejus extinctis revocandum. Kellenb. *q.* 36. *n.* 1. *& seqq.* Neutiquam vero objectum erit ipsa fratris Hereditas isto in casu; â quâ quippe, si is etiam filias saltem reliquit, renuncians soror repellitur ex ratione ordinis heredi-

reditatum successivi. *per Nov.* 118. *c.* 1. Kellenb. *q.* 20. *n.* 20. Muscul. *d. l. num.* 354. *& seqq.* Si autem sine liberis decedens fratres etiam, multo magis Parentes, relinquit, aut etiam sorores, cum iisdem, ex eodem legali successionis ordine admittetur. *d. Nov.* 118. *c.* 2. Kellenb. *d. tr. q.* 36. *per tot.* Simile judicium de cæteris quoque fieri potest.

XXXVIII.

In *summa* benè attendendum erit, *cui Renunciatum fuerit.* Nam & objectivè limitata Renunciatio limitatam habet reservationem, nec à Renunciatione unius, expresse facta, argumentum procedit ad tacitam alterius renunciationem: utut in ea generalitas rationis, conservatio scilicet agnationis, obtineat. Heeser. *d. l. num.* 326. Renunciatio enim, quantumvis generalis, non pertinet ad ea, de quibus actum non est. Sand. *l.* 4. *decis.* 14. Quare, si delatæ tantum renunciavit, *ihres vätterlichen und brüderlichen Erbs, so viel dero bißher erlebt:* uti fieri etiam solet: videatur casus apud Ph. Matth. *d. vol.* 1. *cons.* 20. *numer.* 30. tunc ad deferendas non extendenda erit conditionis nostræ Existentia. Uti etiam, si renunciavit paternæ, non expectanda est quoad bona materna vel fraterna. Gail. *lib.* 2. *Obs.* 148. *num.* 12. Besold. *p.* 1. *cons.* 2. *n.* 22. Si renunciavit maternæ, non expectanda quoad fraterna: quamvis in iis portio ex matris hereditate renunciata sit; quia scil. aditâ eâ, confusio facta bonorum. Idem Gail. *d. l. num.* 12. cum Decio ibi cit. Quod adeo verum, ut, licet expressè additum fuerit, quod eo nomine amplius nil petere velit; tamen nec ab hac portione, in patrimonio defuncti fratris, cujus hereditati non, sed e. g. maternæ, renunciatum, existente, renuncians arceatur. *arg. l.* 31. *C. de transact.* Muscul. *d. l. num.* 356. etiamsi in bonis ejusdem non reperiuntur alia, quam, e. gr. matris, cui renunciatio facta, bona. Cum Jacob. Schultz. Muscul. *d. l. num.* 358. Quod idem & de renunciatione paternæ facta, fratre mortuo, cujus hereditati non renunciatum, cum Roman. *cons.* 68. asserit Joan. Campeg. *tr. de exclud. fœmin. à success. Statut. quæst.* 47. *n.* 199. sed, quia bona renunciata mutatione personæ novum sumserant statum. Id. *d. l. n. prac.* Hereditatem autem dum dicimus, intelligimus omne id, quod in illo defuncti, cujus hereditati fuit renun-

Limitata *Renunciatio habet* limitatam *Reservationem.*

Etsi renunciata hereditas *in alterius* hereditate est.

renunciatum, patrimonio, tempore mortis ejus, fuit. *l. 24. ff. de V. S. l. 62. ff. de R. I. l. 1. l. 3. pr. §. 12. ff. de bon. poss.*

XXXIX.

Hereditas *ergo ubi Objectum est, ibi non alia*, hereditario jure activè non venientia, *huc pertinent*. Non *pertinentia ad Renunciantem* Speciali lege. *Ut* Quod ex l. fœminæ 3. L. hac edictali 6. C. de sec. nupt. Gerada. *Non etiam* Æs alienū, *renuncianti scil. debitum ex hereditate tali.* *Non* DOS, *quam datā dans*

Hereditati ergo renunciationem recipientis si tantum fuit renunciatum cum reservatione, Existentiæ nostræ ***Objectum esse haud poterit***, quicquid hactenus in ejus patrimonio quidem fuit, sed vel filiæ renuncianti ab eo vivo adhuc debitum; vel, eo mortuo, eidem, aut heredibus, restituendum. Non in his expectanda est Conditionis Existentia, sed masculis, ob quos renunciatio facta, adhuc licet extantibus, ad eorundem restitutionem agi potest. Talia sunt, e. gr. id, quod *Speciali lege* ex renunciationem accipientis patrimonio filiæ, renuncianti paternæ hereditati, delatum fuit; Quale est lucrum, quod *in odium secundarum nuptiarum* è parentis, cujus hereditati renunciatio facta per *l. 3. & l. 6. C. de sec. nupt.* liberis prioris matrimonii addicitur. cum Purpur. Oldend. Guid. Pap. P. Æmil. Gallus. *d. tr. p. 1. t. 2. except. 1. num. 36. & seq.* Kellenb. *d. tr. q. 32. per tot.* Muscul. *d. l. num.* 360. Omnium latissimè de hac materia Hodierna *ad l. hac edictali. qu.* 11. *per tot.* ubi postquam quinque opiniones aliorum recensuit, ipse simpliciter nostram hanc sententiam *n.* 84. *& sqq.* defendit. Huc pertinet & *ipsum jus filiationis*, quod à natura, perpetuum & immutabile est. *l. 17. §. 3. ff. de adopt.* Kellenb. *q. 2. num.* 19. Add. Hodiern. *d. l. n.* 87. *& seq.* Item in Saxoniâ *Gerada*, quæ cognatæ juris Saxonici beneficio, competit, *für ihre fræuliche Gerechtigkeit.* per deducta à Muscul. *d. l. num.* 231. Tale est *Æs alienum*, quo is, cujus hereditati renunciatum, renuncianti filiæ erat obstrictus. Id enim non ad patrimonium ejus pertinet, sed ad facultates renunciantis. *§. un. I. de reb. corp. l. 39. §. 1. l. 51. pr. fam. ercisc. l. 15. ff. de R. I. arg. l. 39. §. 1. ff. de V. S.* & non bonis renunciatis cohæret, sed personæ debitoris, cui renunciatio in ipsius propriis facta. Cravett. *cons.* 29. *n.* 13. Kellenb. *d. tr. qu.* 28. *per tot.* Muscul. *d. l. num.* 364. Exemplum in debito ex *l. 2. C. de Resc. Vend.* ponit. P. Æmil. Gall. *d. l. num.* 38. Tale quid est *Dos*, quæ penes fœminæ, maternæ etiam hereditati, matre forsan adhuc vivente, renunciantis patrem Renunciationem talem suæ & ma-

ternæ

ternæ hereditatis ab ea recipientem, extitit; quam tamen ipse avus maternus huic suo genero dederat, cum pacto, de eadem, filiâ mortuâ, nepotibus ipsius restituenda. *l. 45. in fin. ff. sol. matr. l. 7. C. de Pact. convent. tam super dot. arg. L. 59. §. 1. ibi: quia non quasi heres, sed quasi mater, ex pacto accepit: nec occasione hereditatis, sed errore, ex pacto, eam habuit. ff. ad SCt. Trebell. arg. l. 3. C. de donat. quæ sub mod.* Andr. Kohl. *de pact. dotal. p. 1. num. 91. & seqq.* Quomodo Dnn. Antecessores hujus Facultatis anno superiori responderunt in causa, quæ super hoc puncto duas Serenissimas Domos collidere velle videbatur. in quam rem latius actum *in Disputat. Inaugural. nuper habitâ de differentiis inter action. Nativ. & Dativ. th. 47. & seq.* Tale pariter est *Dos materna*, quæ tempore renunciationis paternæ hereditatis penes patrem, eandem recipientem, extabat. Licet enim eo tempore erat in patris dominio, per latè & accuratè deducta à Rever. & Magnif. Dn. Rebhan. *in Paralip. Mejerian. dec. 3. quæst. 6.* revocabile tamen adfuit, matre mortua ad heredes reversurum. Kellenb. *d. tr. quæst. 29.* Musc. *d. tr. num. 211.* Tale est & *Fideicommissum*, mortuo patre ad filiam, ejus hereditati renunciantem, ex defuncti alicujus dispositione pertinens. Kellenb. *Q. 30. per tot.* Musc. *d. l. n. 363.* Et quæ *alia* ejusdem farinæ sunt: *Emphytheusis*, quam pater pro se & descendentibus suis accepit. Bald. *d. V. 1. consf. 437. num. 3. Feudum.* P. Æmil. Gall. *d. l. num. 39. & seqq.* Muscul. *d. l. num. 361.* Ubi tamen rectè limitat nisi in specie & huic ita renunciatum. *n. 362.* In generali renunciatione secus se habet. P. Æmil. Gall. *d. l. n. 41. arg. l. 3. ff. de interd. & Rel.*

Nepotibus ex renunciante pactus restitui,

Non Dos Materna Si Paternæ hereditati renunciatum.

Non Emphyteusis.

Feudum.

XL.

Porro hereditas licet sit Renunciationem recipientis, si tamen Renuncianti viventi non fuit *delata*, mortuæ quippe præmaturo fato, antequam Renunciationem recipiens decederet, deficit utique objectum, in quod, Existentia conditionis nostræ contingente, pacti reservativi virtus operari queat. Renunciatio enim, objectivè nulla, non potest habere adjunctum Reservationis, per vulgatam rectæ rationis regulam: Negato subjecto negatur adjunctum. Omnis hinc Renunciatio nostra in

Porro Hereditatis futuræ renunciatio supponit ejus factam renuncianti Delationem.

in se habet tacitam conditionem factæ renuncianti, adhuc viventi, & Renunciationem recipienti superstiti, hereditatis delationis. Besold. *in delib. d. l.* Quod si non delata viventi fuerit, pro non facta habetur. Richt. *p.* 4. *Conf.* 26. *n.* 9. Ut adeò demum à tempore delationis vires recipiat Renunciatio. Kellenb. *q.* 39. *num.* 10. Non facta delatione planè evanescat, scil. quia sub conditione delationis tacitè facta cuivis. Georg. Natan. *tr. de pact. circa success. p.* 2. *n.* 78. Marant. *disp.* 10. *n.* 13. quæ, si non evenit, renunciatio pro non facta habetur. P. Æmil. Gall. *d. tr. de except. success. p.* 1. *t.* 2. *except.* 1. *n.* 66. Salgad. *d. tr. labyr. cred. p.* 2. *c.* 25. *n.* 12. & 57. Joh. à Sande *lib.* 4. *tit.* 9. *decis.* 5. ex quo colligit, quod & post renunciationem quæsita in eam veniant; atque Senatum ita decidisse, ibid. refert. Sanz. *de bon. divis. lib.* 4. *c.* 5. *num.* 66. & *seq.* Confer. Hodiern. *d. quæst.* 11. *num.* 46. & *seq.* ubi aliter nonnihil. Unde supra jam pluribus ostensum, heredes Renunciantis eo in casu non stringi pacto Renunciationis, ob ejusdem, ex parte objecti nullitatem ab hoc agentibus neutiquam prævisam, aut in negotium deductam, ob turbatum mortalitatis ordinem. *dd. texx.* Quam turbandam, Renunciatione licet pro se & heredibus facta, ne cogitarunt quidem. *arg. cap. un.* §. *moribus.* 2. ibi: *quæ investitura tum demum capiet effectum, cùm feudum domino, aut heredi suo, fuerit apertum. II. Feud.* 26. Besold. *d. l.* ubi hoc pluribus placuisse dicit, citans Marant. Tiraq. Covarruv. Hartm. Pistor. Ut sic Renunciantis heredibus ne quidem illa dura, quæ contra ipsos urgeri solet, formula, Renunciatione scilicet facta: *Daß vveder sie, noch dero Nachkommen, über empfangene außsteuer, in Evvigkeit, vveder an Mutter noch mütterlicher Erbschafft, nichts mehr forderen vvolle noch solle &c.* præjudicium adferat. *arg. l.* 8. *pr. vers. quod si sub conditione. ff. d. Per. & Com. R. V.* impediente id tum Voluntate Renunciantis: aut licet non hac, jure tamen, quod Renunciationem, in persona renunciantis objectivè nullam, formaliter validam, in heredis persona objectivè quidem convalescentem, ob personalitatem vero juramenti, necessario requisiti, formaliter invalidam, validam nullatenus agnoscit: Utpote, quæ sub conditione delationis factæ pendens, ea deficiente, non potest non pro non facta habe-

Omnis Renunciatio modificata fit sub tacita Conditione delationis. *Delatione ita non factâ, renunciantis* heredes non stringuntur.

Etsi renunciatio facta de non petendo quid in perpetuum. Ratio *potissima*

haberi. *l.6.pr.ff.de Injuſt. Rupt.&c.* Quæ ſententia quod communis ſit, & recepta, ſupra pluribus oſtenſum. Quorum authoritatibus ibid. citatis addi poteſt P. Æmil. Gall. *d. tr. except.* 1. *num.* 61. *& ſeqq.* maximè Salgad. de Somoz. *d. tr. labyr. cred. p.* 2. *c.* 35. *num.* 12. *& ſeqq.* ubi quam plures adhuc allegat, inter alios & *n.* 13. Robles. *tr. de præſentat.* qui innumerabiles alios Dd. pro hac ſententia recenſeat. De cujus certitudine merito adducimus verba Marantæ. *d. diſp. X. num.* 38. ita diſſerentis: *Cum habeamus communem opinionem pro iſta parte, quam ſequuntur tot Excellentes Dd. non debemus ab ea recedere, propter novam phantaſiam unius Doctoris:* relata etiam & approbata à Richtero *d. dec.* 6. *num.* 31. qui *ibidem. num.* 34. varia adducit præjudicia: ex quibus huc referimus Facultatis Helmſtad. in verbis iſtis: *Demnach erachten wir nach fleißiger der Sachen &c.* probè notandum. Etiamſi ergo & filia talis, & ejus maritus, matris hereditati renunciaverint, & quietationem dederint ſuper hereditate, non tamen & hæc nocere tunc aviæ, renuncianti filiæ ſuperſtiti, nepotibus poterit, per Reſp. Jenenſium apud Richter. *p.* 4. *conſ.* 26. *num.* 10. *& ſeq.* Diſſentire tn. quam plures ſupra dictum eſt. Add. Muſcul. *d. tr. n.* 247. *& ſeqq.* ubi in utramque partem diſputat, & in caſu, quo Renunciationes ſtatuto juvantur, pro diſſentientium parte acriter pugnat. Argumento diſſentientium illi ex primariis: quod filiæ talis liberi heredes ſuccedant in locum ejus, & ſic ejus factum renunciationis ipſis noceat: diſtinctione ſucceſſionis in locum alterius per privationem, & per transmiſſionem, ſatisfecit Bald. *ad l.* 2. *num.* 4. *C. de lib. præt.* Ne ergo Familiæ lites inde naſcantur damnoſæ, aut aliàs periculo ſit agnationi ſententia noſtra, Cautelam ex Marant. *in pract. d. diſp.* 10. *in fin.* tranſcribimus ipſis ejus verbis. Ita autem inquit: *Ex prædictis ultimo loco pono formam renunciandi, pro Cautela ejus, qui recipit, ad excludendum filios, ſcil. ut mater renunciet bonis paternis, maternis & fraternis, & promittat per ſpeciale pactum, nunquam ad dicta bona aſpirare, per ſe, nec per heredes: & ex nunc cedit, ac donat omnem portionem, quæ ſibi & heredibus competere poſſet, quomodocunque & qualitercunque, & omne jus in bonis renunciantis, obligando ſe ipſam & perſonam, ac bona ejus here-*

Sententia hæc Communis eſt & recepta.

Cautela ob hanc

heredum ad nunquam aliquid petendum: nec contraveniendum dicta renunciationi: & quatenus ipsa moriatur ante mortem ejus, de cujus hereditate agitur, vult dd. suos filios esse obligatos ad habendum ratam dictam renunciationem illicò, quòd ipsi heredes ejus esse volunt, & etiam, si volunt venire ex propria persona. Refert ex eo hanc formam & approbat P. Æmil. Gall. *d. l. numer.* 77.

XLI.

Requiritur etiam ad Objectum, *ut sit Hereditas, cui* validè *renunciatum.*

Ad Objectum autem existentiæ nostræ requiritur ut ei, de quo quæstio est, renunciatum sit *validè.* Quod quomodo fiat, ostendit, præter alios, Besold. *th. pract. d. l. vers. inter requisita.* Etenim, si Renunciatio in se defectum aliquem habet, ut subsistere non possit, sed nulla sit, adjunctum reservationis subsistere haud quaquam potest, adeoque existentia nostra omni destituitur objecto. Et, per consequens, invalidè renuncians, masculis licet, in quorum favorem Renunciatio facta erat, superstitibus, Renunciatam hereditatem mox vindicabit. Hic vero non admittit instituti ratio in omnes Renunciationum defectus se immittere: remittimus benevolum Lectorem ad eorum, qui de Renunciationibus in genere scripserunt, meditationes. Nostrum propositum est, validæ Renunciationis talis modificatæ momenta trahere ad ipsam conditionis pacti reservatorii existentiam: in quibus quidem observandis religiosa antiquitas admodum fuit studiosa, adeò ut per voluntatis renunciantis liberæ haud suspectam explorationem per curatores, eidem ad hunc actum ordinatos, & seorsim ex Concilio deputatos, ac tertia vice exactam declarationem, non piguerit summum Principis Consistorium validitatis actûs, tot vicibus desideratum à renunciante modum, munire.

In Renunciationis validitate *observanda admodum studiosa fuit* Antiquitas

XLII.

Defectus *nonnulli Renunciationum.*

Addimus tamen hæc pauca exempli loco, quod nempe Renunciatio inter alios *defectus* sit nulla, si facta delatæ jam & acquisitæ successionis, sed sine substantiæ ejus, sive juris competentis, certioratione & de eâ instructione. Kellenbenz. *d. tr. q.* 4. *n.* 12. Vultej. *d. Vol.* 1. *conf.* 17. *n.* 53. *& seqq.* Speidel. *in Specul. d. l. pag.* 1297. ubi, quod ex inventario conscripto,

pto, vel alio modo, id haberi queat. Add. Besold. *d. l.* addens ibidem, quod certiorationis omissio suspicionem doli & fraudis importet: atque fratres præsumantur sororis decipiendæ causa id fecisse, *arg. l.* 35. *ff. de pact. l.* 9. §. 2. *ff. de transact.* Conf. Muscul. *d. tr. num.* 372. *seqq.* Si de delata jam facta sine Magistratus decreto, Kellenbenz. *q.* 5. *num.* 6. *& seqq. maximè num.* 19. Muscul. *d. tr. n.* 202. Add. tn. *& num.* 387. *& seqq.* Wesenb. *cons.* 23. *num.* 22. De futura si facta, aliud sentit cum Bald. Ant. de Cana. *tr. de insinuat. p.* 2. *princip. n.* 21. Si in loco, ubi jus civile renunciationibus, pacto factis, nullam ex se vim tribuens, adhuc viget (quicquid aliarum Provinciarum moribus alias sit in hoc invectum, quos quippe sequi non tenetur. Mev. *p.* 3. *decis.* 270. *n.* 5.) Juramenti tamen validitas admittitur, quamvis ipsum juramentum, de consuetudine sic receptum, omissum fuerit: quomodo in Dicasterio Jenensi m. Febr. 1603. ad requisitionem *Sybillen von Dobenegk, gebohrnen von Reitzenstein, zu Gœritz*, responsum in hæc: *Dievveil solche Verzücht nicht Eydlich geschehen, so seyd ihr zu eurem Antheil euch der Schvvesterlichen Erbschafft anzumassen vvohl, eure Brüder aber euch davon auszuschliessen nicht, befügt.* Adeò, ut ne partes quidem id remittere potuerint. Speidel. *in Specul. d. l. pag.* 1299. Id quod in terris Electoratus Saxonici etiam observari, ex Nov. Elect. Aug. *const.* 35. *p.* 2. & ibid. Carpzov. *defin.* 6. *num.* 8. *& ult. ibid.* notat, alio insuper adducto præjudicio: ita tamen, ut etiam ibid. renunciatio coram Judice, vel commissariis, stipulata manu, &, loco juramenti, *bey dem Wort der evvigen Warheit*, facta, valeat: Aut si ejus loco forsan renunciatio saltem facta sub formula *an Eydesstadt*, juxta communem JCtorum sententiam, axioma hoc: ubi corporale juramentum requiratur, talem formulam eidem non æquipollere: agnoscentem, de qua testatur Mev. *d. l. num.* 4. Cum Rauchb. Batschamp. Carpzov. B. Dn. Lauterb. *in tract. synopt. de jurament. in gen.* §. 1. *th.* 25. Besold. *Thesaur. pract. d. l. vers. dubium.* Add. Vultej. *vol.* 1. *cons.* 17. *num.* 50. *& seqq.* Cœterum per mores non ubique juratam requiri renunciationem, Idem testatur Mev. *d. l. n.* 7. & ante eum Kreidemann. *d. tr. von des Teutschen Adels*

Ob omissionem Certiorationis.

Decreti.

Iuramenti. De quo plura.

Staat, &c. q. 4. *num.* 263. ibi: *Es vvere dann durch alt Gebrauch und Gevvonheit ein anders erhalten*, practicirt *und eingeführt*, certe non de jure communi Saxonico. *lib.* I. *Landr. art.* 13. Richter. *d. l. num.* 12. ubi *num. seqq.* pluribus hoc illustrat præjudiciis. Muscul. *d. tr. num.* 197. 198. 200. Neque vero etiam requiritur juramentum ad renunciationem delatæ jam hereditatis, propter *d. cap. quamvis. X. de pact. in* 6. *l.* 1. *& ibi Dd. C. de pact.* Muscul. *d. tr. num.* 203. Quod Dd. & docendo & consulendo ita tradere, observarunt Marpurg. *vol.* I. *conf.* 17. *num.* 104. scil. quia etiam de jure civili indubitato valida est, viresque habet, Heeser. *de acquest. conj. p.* 2. *loc.* 20. *num.* 36. Quid de vi & metu, de læsione, de dolo & similibus sit, vid. apud Gail. *d.* 2. *Observ.* 147. Heeser. *d. tr. loco* 20. *num.* 63. *num.* 66. *&* 300. Item *loco* 29. *ferè per tot.* P. Æmil. Gall. *d. l. except.* 2. Speidel. *d. l. pag.* 1299. *& seqq.* Add. de læsione Gœdd. *d. vol.* I. *conf.* 27. *num.* 212. *& seqq.* Muscul. *d. tr. num.* 303. De læsione in legitimæ quantitate, Mynsing. I. *Observ.* 36. Richter. *d. l. n.* 15. *& seq.* Itemque in dotis quantitate, Richt. *d. l. num.* 17. Heeser. *d. l. num.* 73. *&* 342. Muscul. *d. tr. num.* 206. *& seqq.* Et de forma non observata P. Æmil. Gall. *d. l. except.* 3.

De aliis defectibus Remissive.

XLIII.

Requiritur & ad renunciationem receptam Perseverantia recipientis &c. Consensus.

Sed nec hæc etiam hactenus dicta sufficiunt; verum etiam insuper requitur, ut renunciationem de sua hereditate recipientis, aut si alii, eandem de hereditate sua recipientis, consensit, *Consensus & voluntas duret*, nec mutata sit, re adhuc integra. Gail. *d.* 2. *O.* 148. *num.* 11. allegans Bald. Salic. Jason. Alex. & comm. Dd. quia respectu recipientis fideicommissi naturam habet. Ernest. Cothm. *vol.* 2. *conf.* 99. *num.* 182. *per ea, quæ infra.* Hoc enim mutato: uti mutari potest. Dec. *n.* 6. *& Dd. comm. ad d. l. f. C. de pactis* cum eodem & Bolognet. Mev. *p.* 3. *decis.* 271. *num.* I. Richter. *d. l. num.* 20. *& seqq.* nec fratribus, pro quibus ipse receperat, aut quibus recipientibus ipse consenserat, jus quæsitum est: ne quidem ex ipso juramento renunciantis. cum Hartmanno Pist. *d. p.* 4. *qu.* 6 *num.* 42. *& seqq.* ubi hanc sententiam veriorem, æquiorem & communiorem esse, docet. Mev. *d. l.* scil. quia accessit actui, in

se

ſe habenti tacitam conditionem perſeverantiæ animi. Id. *d. l. num.* 3. Renunciantem hinc à renunciationem recipiente nec non eo, de cujus hereditate renunciatio fuerat facta, heredem valide inſtitui poſſe, cum communi Dd. opinione defendit Sanz. *d. tr. de diviſ. bon. lib.* 4. *c.* 5. *num.* 64. *& ſeq.* Adeoque conditionis noſtræ exiſtentia non eſt expectanda; cum renunciatio in firmitate non perſtiterit, & de ſucceſſione ab inteſtato intellecta fuerit. Gail. *d. l.* Quo tamen fratres renunciantes de immutabilitate patris voluntatis ſecuri eſſe poſſint, curent, ut pater ipſis bona vivus cedat, cedendoque eos dominos efficiat; reſervato ſibi uſufructu, vel qua alia æquitatis ratione obſervata: tunc enim valebit, quod eſt *in l.* 11. *ff. de R. I.* & renuncians cum heredibus conditionis exiſtentiam expectare neceſſe habebit. Id. Mev. *d. l. num.* 4. *& ſeqq.* Cæterum ſi is, cujus hereditatis alii ſit renunciatio: ut pater, frater: non conſenſerit, quod, quoad hereditatem non conſentientis, non valeat renunciatio, habet Carpzov. *I. F. p.* 2. *conſt.* 35. *def.* 10. *num.* 5. Cravetta *conſ.* 127. *n.* 5. Heeſer. *d. tr. n.* 151. *Quid ſi Renunciantem heredem inſtituerit?*

Licet verò hæc omnia *Objectivè* hactenus recte ſe habeant, ſcil. ut exiſtentia conditionis fiat circa 1. hereditatem alicujus 2. Renunciatam. 3. Valide. 4. Conſenſu renunciationem recipientis, aut ejus, cujus hereditati renunciatum, durante. 5. Delatam renuncianti viventi: ſi tamen id 6. non factum *maſculis, ob quorum favorem facta renunciatio, viventibus*, ſed ante renunciationem recipientis obitum mortuis, aut incapacibus, Exiſtentia noſtræ conditionis cum ſuo pacto reſervativo haud invenit objectum, quia nec ipſa renunciatio: quæ quippe cauſa, ob quam facta, tempore mortis ejus non exiſtente, non convaluit unquam: atque ſic cauſa renunciationis hujus retroducitur ád non cauſam. Hodiern. *d. l. qu.* 11. *num.* 55. Vid. *ſupra th.* 12. Intelligitur enim renunciatio talis rebus ſic ſtantibus, adeoque viventibus, & hereditatem renunciatam acquirentibus, maſculis hiſce. Marant. *diſput.* 10. *num.* 15. Ex quo, quia ſcil. renunciatio non teneat, eſt, quod renunciantem pro non excluſa habeant Dd. & ſic ad hereditatem renunciatam admittant, etiam qui alias filiam, ſemel excluſam per maſculos, pro perpetuo excluſa habent. Phanuc. à Phanuc. *tr. de Invent.* *Requiritur & ad Objectum, ut Renunciata hereditas pervenerit ad eos in quorum gratiam facta renūciatio.*

vent. her. num. 234. Marant. *d. l.* Scil. ex jure, non reſervationis, ſed eo, quod jure communi competit: adeoque ſeu pater teſtatus, ſeu inteſtatus deceſſerit. Hodiern. *d. l. & n. ſeq.* ubi, quod tunc præterita ſi inveniatur, impugnari poſſit excluſio. Tandem 7. requiritur, ut ſit hereditas ita renunciata quidem ſed *reſervata in caſum deficientium.* Alias enim objectum deficeret conditionis Exiſtentiæ. De qua Reſervatione *in theſ. ſeq.*

XLIV.

Exiſtentia, ut & Pacti ipſius Reſervativi Finis *à quo* Formalis ratio.

Exiſtentia hujus conditionis, uti ipſius pacti Reſervativi, *Scopus* & *Finis*, (unde *Formalis ratio*,) ex intentione, (quæ omnes actus dirigit & determinat. *l.* 19. *pr. & ibi Dd. ff. de R. C.* Barboſ. *loc. voc. finis, ax.* 1. & 9. moderaturque quamlibet diſpoſitionem, non aliter, quam frænum equos, & gubernaculum navem. *l.* 17. *ff. de LL.* Beſold. *Theſ. Pr. d. l. verſ. qui decidit.* adeo, ut generalem etiam renunciationem certa finalis cauſa reſtringat. Kellenb. *q.* 18. *n.* 7. nec ultra mentem extenſionem admittat. Carpzov. 1. *deciſ.* 58. *num.* 5. & 17.) paciſcentium horundem, nempe renunciantis & renunciationem accipientis, in hoc dirigitur, ut bona renunciata, (quæ durante renunciatione, ſeu vi & effectu pacti, hujus actus negativi, de non ſcil. cum effectu ſuccedendo, in bonis iſtis, hactenus ex moderatione renunciatorum, perceptione & multitudine redituum, illuſtriorem auctioremque reddiderant familiæ, cujus in gratiam renunciatio fuerat facta: arg. conſuetudinum & ſtatutorum, fœminas excludentium. Knipſch. *d. tr. c.* 8. *num.* 173. & *ſeqq.* Ph. Matth. *v.* 3. *conſ. Marp.* 24. *n.* 28. Kellenb. *qu.* 18. *num.* 11. dignitatem: in quo ipſo intrinſeca renunciationis ratio eſt. Muſc. *d. l. num.* 257. agnatione extincta, aut maſculina nominis qualitate deficiente, & cauſa finali, Renunciationis ſcil. ſublata, adeoque obſtaculo ſucceſſionis actualis remoto; temporaria enim eſt renunciationis cauſa. Muſcul. *d. l. num.* 279.) ad renunciantem, aut ejus ſucceſſores, revertantur: Facultas competens, hactenus per pactum Renunciativum impedita, vires reſumat, atque id jus, quod is, cui renunciatio facta, aut ejus heredes, ab eo tempore habuerunt actu, ad conditionis noſtræ exiſtentiam, in renunciatis,

tis, sua ratione, exspiret atque ex eo ii, qui olim, à renunciatione, suo modo, id habuerunt atque retinuerunt habitu, ipso actu id habere incipiant. per texx. plures & Oldrad. cit. à Ph. Matth. *d. vol.* 1. *conf.* 20. *num.* 54. *& conf.* 21. *num.* 30. & tradit id etiam Bald. *vol.* 3. *conf.* 426. *num.* 3. spes quæ fuit hactenus, in rem transeat; aut certe pro diversitate renunciationis, ad restituendum sibi obligatos cum effectu convenire queant, ut ea bona ultimo defuncti, cujus in gratiam, conservandæ scil. melius familiæ & agnationis, splendoris & dignitatis, renunciatio facta fuerat, heredes dimittant: etiamsi heredes hi sint ultimi, ex masculis hisce defuncti, filiæ; renunciantis vero heredes eundem cognationis gradu remotissimo contingant. per ea, quæ infra *thes.* 64. Ut sic illud, quod hactenus, ob causam illam, purè transmittendo factum fuerat, conditione hac existente, scil. deficientis illius causæ, actum esse desinat, ex notissima rectæ rationis regula: cessante causa cessat effectus. *c. cum cessante. X. de appell.* Andr. Tiraquell. *tr. de caus. ceß. num.* 97. *& seq.* Barbos. locupl. *voc. causa. ax.* 12. applicata renunciationibus talibus. post Bursat. Honded. Schrad, Alb. Brun. citatos à Knipschild. *d. tr. cap.* 16. *num.* 20. Muscul. *de success. conv. num.* 269. *& seq.* Besold. *thes. pract. d. l.* & res in eum statum, sua ratione, deducatur, in quo ante renunciationem fuerat, inque eo ex tunc maneat, & pro non facta habeatur. Cravett. *conf.* 474. *num.* 15. Klock. *tom.* 3. *conf.* 106. *num.* 34. Ulr. Zasius *vol.* 2. *conf.* 1. *num.* 67. Besold. *thes. pract. d. l. vers. Und ist die* reservation *mit dem ledigen Anfall &c.* Paucis: Deficientia conditionis, ob quam renunciatum, est existentia conditionis factæ reservationis: quemadmodum alias corruptio unius est generatio alterius: existentia novæ obligationis, novandi animo initæ, prioris est destructio. §. 3. *Inst. quib. mod. toll. oblig. t. t. ff. C. de Novat. &* Ph. Matth. *d. conf.* 20. *num.* 51. Ex cujus finis consideratione fœminæ ad renunciationes tales adducuntur facilius: & propterea non facile præsumuntur ab iis, sine causa & reservatione spei suæ succedendi, factæ: ob præsumptionem de hoc sexu avaritiæ & tenacitatis. de qua Glossa *in l.* 1. *super verbo: nulla est. C. ad SCtum Vellej.* Bers. *d. tract. cap.* 4. Unde sive

Ob Spem Regressus Fœminæ facilius adducũtur ad Renunciationes.

in ipsa præfatione, sive in ipsa dispositione, ponantur verba: *Dem Adelichen Manns-Stamm zum besten*, sive: *zu Erhaltung deß Adelichen Stammens und Nahmens*, non tam causam impulsivam, quàm finalem denotare, ac limitandi ob id & restringendi vim habere, cum Bart. & Everhard. Jun. docet Knipschild. *d. tr. c. 7. num. 61.*

XLV.

Intentio Regressus *se declarat vel* **Expresse.**

Hæc ipsa verò intentio plerumque *verbis exprimitur* manifestis (quod & tutius est) & comuniter *auff einen ledigen Anfall.* Kellenb. *q. 18. pr.* aut donec masculi superstites erunt. Siquidem nullus juris interpres erit, aut adduci poterit, qui, quod nempe tali in casu vel testando in contrarium, juris scil. reservati præjudicium, iri queat, aut soleat, doceat; observante Phil. Matth. *d. vol. 1. cons. 21. num. 29.* scil. quia exclusio non simpliciter, præcisè & absolutè facta, sed temporaliter solum, cum clausula expressa, ad certum saltem tempus, quamdiu, donec: quod, salva paciscentium fide, perpetuam exclusionem operari haut potest. *l. 1. C. de legat. l. 45. pr. ff. de excus. tut. l. 8. ff. de cond. & demonstr.* Schrader. *de feud. p. 7. c. 4. num. 85. vers. quinto.* Klock. *tom. 3. cons. 106. num. 47.* Muscul. *d. l. num. 280.* Quarum *Formulas* nonnullas ut adducamus, operæ precium esse arbitramur. Exhibetur autem talis à Ph. Matth. *d. vol. 1 cons. 21. num. 47. Beschehe aber, daß ihre Gebrüder und Vettern ohne Eheliche Leibs-Erben, Manns-Nahmens und Stammens mit Tod abgiengen (darvor sie Gott lang bevvahren vvolle) oder daß an Frauen V. ihre Mutter, in zeit ihres Lebens, oder nach ihrem Todt an ihre Kinder, etvvas Erbliches zufiele, an demselben soll alsdann derselben A. ihr billicher Anfall und Erbgerechtigkeit hierinn vorbehalten und unverdingt seyn.* In alio Instrumento de anno 1598. hæc formula extat; *Uff den Fall aber, da es über kurtz oder lang, so zu dem Willen Gottes stünd, sich begeben vvürde, daß der Mannliche Stamm der N. gantzlich absterben vvürde, daß alsdann sie, Jungfrau E. oder ihre Erben, vvider einen* regreß *und freyen zutritt haben, und an selbigen befügt seyn zu Erben: alles vermœg deßvvegen auffgerichtetem, und durch einen* Notarium publi-

Formulæ nonnullæ *Renunciationis modificatæ.*

publicum *bekræfftigten*, inſtruments. Apud Beſold. *Theſ. pract.* *d. voc. Verzieg Adelicher Tœchter biß auff einen ledigen Anfall*, talis clauſula apponitur: *verzeihen und begeben vvir uns aller Gütern und Erbſchafften, ſo von unſeren Eltern herrühren mœchten, doch dergeſtalt, und biß auff einen ledigen Anfall.* Qui ibid. *verſ. ac licet.* tutiorem cæteris hanc formulam venditat: *daß nach Abgang des letzten Mann-Stammens die Tœchter einen freyen Zutritt haben* ad bona paterna, *und ſie die Verzücht nicht binden ſoll.* Additionator Beſoldi, & hanc *in fin.* habet formulam: *vvann aber in künfftiger Zeit, über kurz oder lang, ſich begeben ſolte, daß der Manns-Stamm abſtürbe und vergienge, und alſo die Erbſchafft auff den Weibſtamm vviederumb fiele und kæme; alsdann vvolten ich und meine Erben ferner unverziegen ſeyn, auch uns den* Regreſs *zu denen hinderlaſſenen Gütern*, expreſsè *und außtrucklich in alle vveg vorbehalten haben.* Similem formulam, ubi reſervatio facta in caſum, *daß* Renuncianten *ohne Verziecht ſeyn vvollen*, exhibetur in Chriſtoph. Phil. Richt. *p. 6. C. 3. num. 66.* Integram & perfectam Patri, ratione paternæ & maternæ hereditatis, factam, cum reſervatione hac, renunciationem ſuppeditat Philipp. *Meiſter von Lindenfels in Spec. Notar. p. 2. ſect. 5. t. 2. rubr. von Heyraths Beredungen, inſtr. 15.* A propoſito, plures formulas adducendi, imperatæ nunc brevitatis ergo nobis abſtinendum eſt.

XLVI.

Hæc ipſa verò expreſſio verbalis neceſſaria haud eſt; cum mens ex eo ipſo, quod agitur, & *circumſtantiis, colligi*, (ſi rectæ rationi, ejusque ratiocinatione, ſine ſtudio contradicendi; & commoda noſtra cum aliorum injuria & damno promovendi, æquitatemque, ac ipſam, à Deo & natura injunctam, proximi, nedum cognati, ſanguinis charitatem lædendi, locum dare volunt, qui renunciationem talem receperunt, aut eorundem heredes:) aperte ſatis queat. Uti enim in dubio *renunciatio non præſumitur*, ob effectum privationis juris; nec ex tacito conſenſu inducitur. Cravett. *Conſ. 628. num. 3. & conſ. 257. num. 5. & alibi.* Muſcul. *d. tract. num. 32. & ſeq.* niſi per conſequens neceſſarium, quod renuncians voluit illo jure carere,

Vel tacitè, *ex* circumſtantiis, *Si rectæ rationi datur locus.*

Vi non præſumitur *Renunciatio:*

rere,

rere. Petr. Benint. *dec.* 72. *num.* 4. quanquam inter fratres & sorores facilè præsumatur. *l. Procula.* 26. *& ibi Dd. ff. de probat.* *Vult.* 1. *cons.* 17. *num.* 77. ita *reservatio vel maximè* præsumitur. Unde, licet facta renunciatio cum reservatione Patri facta ad ultimum usque fratrum renunciantis, uti nec hujus hereditati facta renunciatio; ita nec reservatione opus fuit. Et huic non ex reservato jure succeditur, sed ex communi non renunciato. cum Bald. Paris. Socin. Jun. Richter. *d. p.* 6. *cons.* 3. *num.* 48.

Sic è contra **Reservatio**

XLVII.

Tacitè hoc hucusque credunt JCti factum esse: Si Renunciatio facta à fœminis, masculis extantibus, familiæ conservandæ causa. In conventionibus enim voluntas potius, quam verba, spectanda. *l.* 219. *& ibi Dd. ff. de Verb. Sign.* Besold. *d. p.* 5. *Cons.* 221. *num.* 31. Aut si etiam in dubio versamur, utrum facta in favorem & contemplationem fratris & extantis masculæ sobolis, mentione etiam nulla facta favoris agnationis. Cravet. *cons.* 974. *num.* 15. præter quem etiam Covarruv. Roland. Surdum citat, & sequitur Thom. Michaël. *d. v.* 3. *Consilior.* *Klock.* 106. *n.* 29. Causam enim masculi semper renunciationi dedisse intelliguntur. cum pluribus citatis Kellenbenz. *qu.* 39. *num.* 1. etiamsi dote accepta renunciarent fœminæ. Heeser. *d. l. num.* 186. Idque TUM propter statutorum, fœminas, extantibus masculis, excludentium similitudinem. Mynf. *d. cons.* 97. *num.* 10. *&* 19. Paris. *vol.* 2. *cons.* 3. *num.* 38. Alex. *Vol.* 3. *Cons.* 101. *num.* 14. TUM propter consuetudinem, hanc causam frequentius respicientem: qualia, solita fieri, præsumi solent. *arg. l.* 34. *ff. de R. I.* ubi Dd. & per locum à consuetis, ap. Everh. *in loci legal. à solitis.* Kellenbenz. *d. tr. qu.* 18. *in pr.* ubi ita: *Filiæ renunciantes, ne in perpetuum à Paterna, materna, & fraterna successione manerent, exclusæ, sed agnationis favore cessante, ipsis pateret regressus, nostro seculo, ut plurimum Pactum renunciationis dirigunt, auff einen ledigen Anfall.* Et ex observantia majorum familiæ mens disponentium colligitur. Fusarius *de Fideic. Subst. qu.* 204. *num.* 102. ac consueta reservari pro reservatis habentur, etsi non expressa. *per l.* 18. *C. de locat. cap.* 9. *vers. mandamus. X. de constit.* & ibi Anchar.

Tacitè censetur *facta, si facta renunciatio masculis* **extantibus.** *Etsi* **favor agnationis** *non expressus.* **Rationes.** 1. 2.

Anchar. *n.* 3. & Dd. Hier. Gigas. *de crim. maj. quæst. vidimus. num.* 5. TUM propter Paterni affectus rationem, liberos ejusdem gradus ex æquo (ubi cessat familiæ & agnationis ratio) complectentem. Cravett. *cons.* 42. *num.* 1. *&* 2. ubi elegantia huc pertinentia: ab ipso legislatore commendatam *in l.* 4. *C. de lib. prat.* Cresceret enim alias invidia. *arg. l.* 77. §. 8. *& ibi Gloss. in casu & verbo: evictis: ff. de leg.* 2. qui pater propterea verisimiliter, si interrogatus fuisset, ita fuisset responsurus. qualis verisimilitudo attenditur etiam in renunciationibus. Hodiern. *ad l. hac edictali. d. qu.* 11. *num.* 28. in specie hoc firmantem de Ponte. *cons.* 40. *num.* 10. allegans. TUM propter exorbitantium à jure communi jurium, ex quacunque conventione, dispositione, statuto, descendentium, rectius interpretandi regulam, quæ est; quod ea ita sit facienda, ut per eandem ad jus commune, quantum fieri queat, regressus fiat. latissime de hoc puncto Muscul. *d. tr. num.* 28. *& seqq.* TUM propter renunciationum successionum, causa agnationis & familiæ cessante, odium. Cravett. *v.* 1. *consil.* 42. *num.* 2. Honded. *v.* 1. *consult.* 29. *num.* 93. ob quod in favorem renunciantium fœminarum in dubio interpretandæ. Mascard. *de probat. concl.* 1263. *num.* 10. *et* 11. TUM propter ipsam æquitatem, ne officium, renunciando in favorem agnationis exhibitum: eo cessante, fiat renuncianti, ejusque heredibus, damnosum. *arg. l.* 7. *ff. testam. quem. aper.* cum tamen omnis actus ita interpretandus, ut res reducatur ad æqualitatem. Cravett. *consil.* 133. *n.* 7. *et seqq.* Joh. Cephal. *lib.* 4. *Cons.* 545. *num.* 15. & evitetur irrationabile: ad quod evitandum *Filiorum* vocabulum, *Fœminarum* alias comprehensivum, easdem excludit. cum Anchar. Brun. Ant. Gabr. Mantic. Intrigl. Fusar. *de fideic. subst. quæst.* 402. *num.* 105. & largissima alias quoque, ob dictam causam, fit interpretatio, etiam in materia stricti juris. uti cum Abb. Alex. Corn. Dec. Jas. Ripa hoc ipsum Aymo. Cravett. *de antiq. temp. p.* 4. *num.* 137. firmat. TUM propter renunciantium intentionem & præsumtam mentem, generalia etiam renunciationis verba restringere quæ potis est. *l.* 65. §. 1. *ff. de R. V. c. un.* §. 1. *in fin.* 4. *Feud.* 104. Klock. *tom.* 4. *Consil.* 16. *num.* 5. *& cons.* 14. *num.* 24. Antecess. *d. v.* 4. *cons.* 171. *num.* 36. Quæ

3. 4. 5. 6. 7.

ipsa mens elicitur etiam è sexus hujus, ad avaritiam proni, genio. de quo *thes.* 44. Et quod, licet favor familiæ & agnationis in renunciatione non deprehendatur expressè, ea tamen nihilominus in masculorum duntaxat, non aliorum, favorem facta censeatur, cum Alex. *vol.* 1. *cons.* 20. & *cons.* 29. *num.* 5. *ac v.* 3. *cons.* 101. *num.* 14. nec non Decio *cons.* 372. hanc sententiam communem dicente, responderunt Antecessores hujus Facultatis *d. p.* 4. *cons.* 171. *num.* 39. & ita etiam censet, post alios, Heeser. *d. tr. de acquæst. conjug. part.* 2. *loc.* 20. *n.* 157. Quare cum nuperrimè, sub initium hujus anni, ad inclytam Facultatem casus deferretur, qui in Illustrissima Comitum familia post, anno 1644. d. 7. Novembris factam, hereditatis paternæ, maternæ, fraternæ, ac sororum renunciationem: *daß, im fall Herr Grav A. L. ohne Hinderlassung Ehelicher Manns-Erben mit Tod abgehen vvürde, der Fräulin* Renunciantin *der Zutritt, vvieder zu deme, so ihr von Rechtsvvegen zukommt, zugestatten:* nuper contigerat, ubi frater Comes, cui renunciatio facta fuerat, cum Masculo quidem decesserat, at hic tandem non, nisi sorore relicta, an. 1681. diem obierat; renunciantem inter amitam & hanc contentione orta de Existentia nostræ conditionis, Responsum à Facultate fuit, eam adesse, utut in Instrumento Renunciationis de familiæ & agnationis favore nihil extabat: Quanquam etiam in ipsis separatis pactis dotalibus, à fratre renunciantis una subscriptis, ad quorum instrum. se hoc Renunciationis retulerat, id actum fuerat: *Daß die Fräulein mit dero, daselbst bestimten, Heurathgut vor den Antheil Erbschafft und Gebühr zufrieden seyn, und auff Vätterlich und Brüderlich, vvie auch Schvvesterliche, Anfall und Erbschafften, so lang, als von ihrem Bruder Mannsstamme vorhanden, sich verziegen und begeben haben vvolle.* Et hanc sententiam, quod, masculis extantibus, facta renunciatio à fœmina in eorum saltem favorem sit facta, licet is non sit expressus, communem esse, ex Decio *consil.* 372. id attestante, notat Kellenbenz. *d. tr. qu.* 19. *num.* 11. allegans præter eundem, Chass. Covarr. Alex. Paris. Castr. Joan. Andr. Rom. Jacob. Aret. Salyc. Bald. quos etiam secutus est Musculus *d. tract.*

Sententia hæc est communis.

tract. numer. 239. Marant. *d. disput.* 10. *numer.* 27. Id quod procedit, etiamsi renunciationem hujusmodi modificatam recipiens usus fuerit voce: *Erben*; scil. quamdiu ex masculis supersint: quia ob mentem actum hunc celebrantium, verba potius improprianda esse, ut hæc servetur, supra ex Joh. Stuck. *p.* 1. *cons.* 12. *num.* 44. & *seqq.* & *num.* 87. adductum. Et pluribus in genere collectis hoc monstrat Barbos. *loc. voc. mens. ax.* 2. Quod & ita in casu Statuti, fœminarum exclusivi, ob masculorum existentiam, facta renunciatione fieri debere, tradit Hodiern. *d. l. num.* 31.

Quid si renunciationem recipiens usus voce: Erben, Leibs-Erben.

XLVIII.

Hæc ipsa tamen tacitæ reservationis præsumptio aliis fortioribus tolli quin possit, aut contraria probatione elidi, nemo dubitabit. Vid. Phil. Dec. *cons.* 18. *num.* 6. & 7. Heeser. *d. l. num.* 187. Tales verò inter præsumtiones non referimus, si filia *se solum dote contentam dixit*, atque ob masculos renunciat; tunc enim nihilominus hereditati, olim post mortem Parentum, fratrum, sororum debitæ, renunciat: Aliud enim est dos, aliud hereditas. Dotem enim accipiens nihilominus danti ejusmodi personæ succedit, *l. f. C. d. dot. promiss.* Eam quidem si à Parente accepit, conferendo post. *per l.* 19. *C. de Collat.* Renunciando autem id agit, de quo hactenus. Scil. (verba sunt Joh. Petr. Surdi *cons.* 133. *num.* 20.) Receptio dotis: atque ita & confessio talis, non efficit renunciationem puram, quæ erat conditionalis: Nec eam reformat vel alterat: nec potest ratio diversitatis assignari, respectu renunciationis, inter casum quando fœmina dotem recepit, & alium, quando non recepit. Quare eò in casu conditionis nostræ existentia ad effectum perveniendi ad renunciatam, expectanda. Neque etiam eò referimus, si renuncians promisisset, *se ad renunciata nolle habere regressum.* Hodiern. *ad l. hac edictali. d. q.* 11. *num.* 15. cum citatis ibid. Alba & Mart. *de success.* Clausula enim hæc sufficienter operata est, masculis extantibus: ut ulterius vis ejus extendatur, non est sufficiens ratio. per ea, quæ infra de Interpretatione. *th.* 73. Alia de infirma præsumtione vid. infra *thes.* 51. *in fin.*

Præsumtio *hæc tolli potest fortioribus, aut probatione contraria.*

Præsumtionem non parit *si renuncians dixit, vel:* Se velle dote esse contētam.

Vel: nolle habere regressum.

XLIX.

XLIX.

Consideratur & hæc Existentia ab V. EFFECTV, *qui sequitur eandem, Estque* Remotio *pacti* Renunciativi, *qua talis, &* Constitutio Reservativi *in* Operationem. *Quæ* consistit *in* Efficacia obligationis *renunciationem recipientis Heredumve de* Restituendo *renunciata.*

Quod si ergo conditionis nostræ existentia ita per omnia se habet, *wann sich der erledigte Anfall ergeben*, tunc, uti ante eam renuncianti, hereditatis petitione agere volenti, perpetua renunciationis obstabat exceptio. Marpurg. *d. vol.* I. *consil.* 17. *per tot.* quia irrevocabiles sunt ejusmodi conventiones Wesenb. *cons.* 63. *in fin.* Reinck. *de reg. sec. & eccles. l.* 1. *class.* 4. *cap.* 19. *num.* 22. Sic ex eo tempore obstaculum successionis in renunciata, paterna, materna, fraterna, sororum omniumque, quorum hereditati renunciatio facta est, per eandem, tanquam causam sine qua non, remotum est. Thom. Michaël. *d. v.* 3. *Consilior.* Klock. 106. *num.* 26. Ut sic pactum renunciatæ hereditatis reservativum vires suas exerere incipiat, *Effectus*que producat, quousque id jure munitum est, frustra renunciationem recipientis heredibus contranitentibus. In genere enim tenendum, quod istud renunciationi adjectum pactum inviolabiliter sit observandum. uti cum Petr. de Anchar. Dec. Roland. à Valle, responderunt Antecess. apud Besold. *in vol.* 2. *cons.* 22. *num.* 4. nec, invita renunciante, aut ejus heredibus, recedere ab hoc vinculo licet, *arg. l.* 5. *C. de oblig. & Act.* Kellenbenz. *d. tr. qu.* 22. *num.* 6. Nihil enim tam convenit fidei humanæ, quam ea, quæ inter contrahentes, nec vi, nec dolo, nec metu inductos, bonis moribus non contraria, placuerunt, servare. *l.* 1. *princip. ff. de pact. l.* 1. *princip. ff. de constit. pec.* & qui sensit ex actus parte altera commoda, æquissimo jure & ex altera, eidem annexa, incommoda sentire debet. Quare uti hucusque, pendente hac conditione per existentiam agnatorum, pactum renunciationis, qua negativum fuit, suas exercuit operationes, pacto hoc reservativò in efficaci relicto: Sic nunc hoc ipsum per existentiam deficientiæ agnatorum incipit operari, & negativum sua vi & efficacia operandi privare. Secernenda enim semper sunt unius actus plura, quæ continet, negotia, & singula secundum naturam suam & qualitatem dijudicanda. Ernest. Cothman. *vol.* 2. *resp.* 99. *num.* 4. Consuetudo siquidem recepit plura in hujusmodi pactis negotia tractari. Dec. *lib.* 1. *cons.*

conf. 31. *num.* 61. ut paulo post de renunciatione hac limitata pluribus monstrabitur.

L.

Sequitur hinc, remoto ita impedimento, ***Effectus*** pacti hujus, qua renunciativum fuit, hereditatis scil. renunciatæ collativum, sublationis, scil. virtute finis intentionisque paciscentium: quod diutius, quam causa cessionis subsisteret, id durare noluerunt, extinguendum ob id & resolvendum. *arg. l.* 1. *&* 2. *C. de donat. qua sub mod.* Kellenbenz. *d. tract. qu.* 20. *num.* 10. quod concidit, nec effectum aliquem amplius sortiri potest. Id. Kellenbenz. *qu.* 39. *numer.* 12. Pura enim licet fuit renunciatio, respectu masculorum existentiæ, conditionalis tamen habetur quoad eorum deficientiam. *facit l.* 17. *pr. ff. de ann. Legat.* Paris. *vol.* 2. *consil.* 95. *num.* 44. quæ conditio per eandem purificatur. Kellenbenz. *d. qu.* 39. *num.* 3. facientem, ut renunciatio evanescat. Heeser. *d. tr. num.* 160. Salg. de Somoz. *d. tr. de labyr. cred. p.* 2. *cap.* 25. *num.* 13. & in nihilum redigatur. Heeser. *d. l. num.* 179. cessetque ejus Effectus, qui fuit exclusio interimistica. Klock. *conf.* 106. *num.* 19. *& seq.* temporalis & suspensiva. Honded. *vol.* 1. *consult.* 29. *num.* 4. *& vol.* 2. *conf.* 70. *num.* 36. Dispositionis enim puræ & purificatæ idem judicium. *l.* 26. *ff. de condit. inst.* cum Jason Dec. Cephal. Thom. Michael. *in v.* 3. *Consilior. Klock.* 106. *num.* 22. Adeoque contrarium plane pacto Negativo operatur ***Effectum.*** Sc. ut loquuntur: quod illud ademit, nostrum hoc restituit. Bald. *d. v.* 3. *conf.* 426. *in fin.* aut contra; quod concessit renunciatio, adimit hæc existentia, nempe vi pacti hujus. Kellenbenz. *qu.* 20. *num.* 14. Ac propterea, uti dotata à renunciationem recipiente uno exclusa fuit ab hereditate omnium aliorum, quorum hereditatibus renunciavit. arg. P. Æmil. Gall. *tr. d. t.* 2. *except.* 1. *part.* 1. *num.* 60. sic ad omnes has per existentiam hanc restituitur. Thom. Michael. *d. v.* 3. *Consilior. Klockii.* 106. *num.* 37. Hoc nostro sine pacto si renunciatio facta esset, operaretur per se hunc ademtionis effectum, per ea quæ supra *in thes.* 4. Restitutionis Effectus ergo nostro pacto tribuendus est, quod interim pendente conditio-

Qua operatio contraria est operationi pacti negativi.

ditione habuit renunciatæ hereditatis Effectum conservativum. Besold. *d. part. 2. conf. 22. num. 5. Et p. 4. conf. 171. num. 246.* Qui quippe est reservationis cujuslibet. Paris. *vol. 3. conf.* 102. *num.* 26. Honded. *vol. 2. consil.* 84. *num.* 33. Ut propterea ex tempore existentiæ nostræ conditionis renunciantes, aut earum heredes, habeantur pro iis, qui non renunciaverint. *l.* 8. *pr. ff. de peric. & commod. rei vend. l.* 5. §. 2. *quand. dies leg. ced.* Ph. Matth. *vol.* 1. *conf.* 21. *num.* 20. *Wird* eveniente casu *dafür gehalten, als vvann man nicht* renuncirt. Besold. *Thes. Pract. in voc. Verzicht.* Earum jus hereditariæ portionis, quondam per renunciationem cessæ, quod interea, pendente nostra conditione, dormierat, nunc reviviscat. Dnn. Antecess. *d. vol.* 4. *conf.* 171. *num.* 245. aut resuscitetur. Adeo, ut (sic loquuntur hinc inde Dd.) renunciatio pro non facta, aut ipso jure resoluta, habeatur. *d. l.* 8. *l.* 36. *ff. de reb. cred.* Klock. *tom.* 3. *conf.* 106. *num.* 16. *&* 68. ac si renunciatum nunquam fuisset. Dn. Antecess. *d. l. num.* 246. 251. Deficiente enim conditione, sub qua renunciatio aut actus factus, idem est, ac si non esset factus. Cravett. *Conf.* 62. *n.* 1. *d. conf.* 170. *num.* 8. *conf.* 678. *num.* 4. adeoque renunciantes, aut earum heredes, ad pristinam successionem redintegrandi sint; unde scil. exclusi per renunciationem fuerant. Honded. *vol.* 1. *conf.* 29. *num.* 4. *& consult.* 65. *n.* 57. ut non amplius ipsis Renunciatio noceat. Idem *vol.* 1. *conf.* 9. *num.* 18. *& conf.* 29. *num.* 71. Gail. *lib.* 2. *observ.* 148. *num.* 10. Cravett. *de antiq. temp.* 4. *part. num.* 131. ubi ita cum Bald. Calca. Dec. Corneo.

Scil. Juris renũciati, *quod hactenus quasi dormierat,* Resuscitatio.

LI.

De Formula, *quod Renuncians interim pro* mortua habita.

Cæterum frequens inter Dd. *loquendi Formula*, quoad hoc, est: quod, pendente conditione fœmina, quæ renunciavit, cum heredibus suis, respectu scil. juris succedendi, pro mortua habeatur, ac si amplius non existat. Utitur inter alios ea Kellenb. *d. l. qu.* 16. *n.* 6. Muscul. *d. l. n.* 382. ibi: *& vero filia per renunciationis placitum in eum statum deducitur, ac si planè mortua esset, & amplius non existeret, arg. l.* 1. §. *pen.* §. 3. *l. de success. libert.* Cui formulæ loquendi, si recte se habet, bene ex adverso respondet reviviscentia; Alii verò, ut videtur, convenientius loquun-

quuntur, analogiam in dormiendo & resuscitando amantes. Ubi monendum, quod hanc reviviscentiam seu juris evigilationem nullatenus hic impediat renunciationi adjecta clausula: *Erblich*, *auff Ewig*, *zu ewigen Tagen:* quomodo ejusmodi formulæ plerumque inseri solent: *Und solches alles zu ewigen Tagen*, *krafft*, *Macht*, *und Bestand für alles widertreiben*, *vor allen Richtern und Gericht*, *haben*, *und darauff geurtheilet werden solle*, *als auff unwiderrufflich*, *offenbahr*, *bewehrt*, *bestätiget*, *Gerecht*, *Verzig*, *und Verschreibung &c.* reflectunt enim hæc verba ex ipsa negotii hujus natura, ad votum agnationis perpetuo duraturæ, de quo supra Heeser. *d. tract. num.* 221.

LII.

Quodnam fit hoc jus? & Quomodo ad *renunciantes*, *aut eorum heredes*, pervenіat? Difficultas *hic ex Doctorum fluctuanter & ambigue traditis*, *& ferè* Incertitudo.

Quodnam vero *Jus*, *& quomodo ad renunciantes*, earumve heredes, existente conditione, *perveniat*, vix poterit commodius ostendi, quam ex eo: *Quodnam Jus renunciatio hæc modificata transtulerit in eandem recipientes, heredesque eorum? quod iterum, nondum eâ existente, sed pendente, reservaverit renuncianti & heredibus ipsius?* Hic vero salebrosum ingredimur iter imo rupibus Saxisve permolestum & obscurum: in quo, quamvis tot scriptis materia hæc illustrata, vix tamen ex Authoribus unus aut alter fuit, qui gratam nobis, ut in plana reciperemur, patentemque certitudinis campum, manum porrexerit. Ab Auth. Consil. Gail. *p.* 1. *cons.* 15. *num.* 33. citatur Vivius, qui *lib.* 4. *dec.* 541. *num.* 12. *& seqq.* de hoc: qualiter & quando fiat admissio filiæ; an ut hæredis ab intestato: vel ut heredis anomalæ: vel alio modo? ad longum tractet, & discrepantes Dd. opiniones conciliet. Sed cum, ut citatus hic manus nostras incideret, consequi haud potuerimus, soliciti licet, Lectorem benevolum ad eund. remittere cogimur. Multa ad punctum hoc pertinentia in sæpius citato scripto *de renunciatione successionum* attulit Kellenbenzius; sed, ut nobis videtur in modum ejus, qui sibi non per omnia in eo constat. Loquuntur & alii de hoc fluctuantium in morem. Quod vel ex d. Auth. Gail. *d. l. num.* 42. verbis

 pate-

patere poteſt, quando inquit: *Sintemal die* renunciirte *Tœchter ſich des* dominii *ihres gebührenden Vœterlichen Antheils nicht* pure, *noch* ſimpliciter, *ſondern nur* ad tempus, & certis conditionibus ac reſervatis: *ſo lang der Mannsſtamm im Leben, begeben, und gleichſam nur den* Uſumfructum & utile dominium, *ſo lang ihren Brüdern überlaſſen.* Cum quo tamen, quod de uſufructu eſt, Phil. Matth. *d. vol. 1. Conſ. Marp.* 20. *num.* 68. & qui hunc ſequuntur, idem ſentire deprehendimus; ſed tamen non minus fluctuanter. Confer. cum hoc ejus *Conſilio ſequens* 21. *num.* 30. *&* 31. Variè ſanè plerique de hoc loquuntur.

LIII.

Kellenbenzii *ſententia* certa in eo, *quod Renuncianti, ejusve heredibus*, tantum Jus ad rem *competat*, Verum *ita ſimpliciter aſſerta, de omnibus Renunciationibus talibus eſt* Suſpecta. *Nec* conveniēs *Iuri* Civili *Et* Intentioni partium. *Nec* Formulis, *communiter ſonantibus*

Certa tamen Kellenbenzii in hoc eſt ſententia, quod ſimpliciter & abſolutè hac ratione ex ſolo pacto jus renuncianti ſuperſit, ejusq; heredibus: & tantum adverſus renunciationem accipientis heredes, quibus renunciatio profuit; adverſus tertios, rerum harundem renunciatarum poſſeſſores, minime. Quæ ſententia etiam eſſe videtur Heeſeri, qui *d. loc. n.* 160. *& ſeq.* tradit, ſublatis maſculis, & renunciatione evaneſcente, redintegrandam eſſe portionem renunciatam; modo interim non fuerit alienata. Verum utut hoc taxative, cum excluſione juris in re, in multis renunciationibus modificatis ita ſe habeat: quod tamen ſimpliciter in omnibus, quacunque ratione renunciationis talis negocium gerere voluerint partes, ita ſit, de hoc vel maxime dubitamus. Quin imò nec juri Civili, negotiis ſub conditione eorundem reſolutiva initis aliam vim tribuenti, hoc convenit; nec ipſi, negocium tale ineuntium intentioni. Reclamant ipſæ, quas renunciantes præſcribunt, & renunciationem recipientes admittunt, *formulæ*, quando renunciant vel: ***donec: Usque dum: tamdiu, quamdiu*** maſculi, familiam renunciationem recipientis conſervaturi, ſuperſunt: qualia verba temporis terminum ſeu intercapedinem & revolutionem in ſe habent, & non inducunt conditionem perpetuo extenſivam. *fac. l. ſi legatum.* 10. *pr. ibi*: *Legatum, cum ſub conditione adimitur, perinde eſt, ac ſi ſub contraria conditione ademptum fuiſſet, ff. de adim. leg.* Chr. Phil. Richter, *de*

de signif. adverb. voc. donec. sed & ipsa vocula: *biß:* in formula: nempe, *biß auff einen ledigen Anfall*; ex paciscentium & disponentium mente denotat finem rei alicujus; & sic hoc in loco renunciationis, adeoque liberationis ab illa, ad dividendum cum renunciantibus, fratribus incumbente (ut Kellenbenz. hinc inde loquitur) obligatione; vim ejus ita rimante Besoldo *in Thesaur. Pr. voc. biß.*

& in ipsam Renunciationem.

LIV.

Quid, quod & formulæ: *daß der Verzieg sie nicht binden soll*; *daß den* regreß *zu denen hinterlassenen Gütern* expresse *und außtrucklich sie ihnen in alle vveg vorbehalten haben: Daß alsdann sie unverziehene seyn vvollen:* & quæ aliæ similes sunt, perinde, uti in venditionibus quando dicitur: res debet esse inempta: Coll. Jur. Argent. *ff. de leg. Comm. thes.* 10. nullatenus tendunt in meram obligationis personalitatem; sed omnino in ipsam rem renunciatam, in quam sibi reservant jura, quæ ante renunciationem habuerunt. nempe, & hereditarium, in tota Universitate; & dominium ac cætera, quæ defuncto competierunt, jura, in rebus singulis. *l.* 37. *ff. de acquir. her.* qualia translati juris, in certum casum, reservativa pacta quæ rerum traditionibus maxime adjiciuntur, *Dd. ad l.* 48. *ff. de pact.* uti valida sunt, & dominium ipso jure redire, aut, ut loquitur Neratius *in l.* 5. *ff. de leg. commiss.* revenire faciunt, sine traditione. Brunnem. *ad d. l.* 41. *de R. V.* Sic non impedit alias hæc in rem facta conceptio, quo minus & paciscens, cum heredibus, obligetur reservanti, ejusque heredibus, ex ipso contractu vel pacto satisfacere, remque, aut ejus æstimationem, restituere. Ita venditi actione ex lege commissoria adversus emptorem agi potest ad ipsum fundum. *l.* 4. *pr. ibi: videamus quemadmodum venditor agat, tam de fundo, quam de his, quæ ex fundo percepta sunt: itemque si deterior fundus effectus sit facto emptoris? & quidem finita est emptio: sed decisa quæstio est, ex vendito actionem competere, ut rescriptis Impp. Antonini & Divi Severi declaratur. ff. de leg. Commiss.* & ibi Gothofr. *voc. finita.* Id quod, objecto dubio respondens, JCtus Pomponius *in l.* 6. §. 1. *ff. de Contr. Emt.* ita exprimit: *Nec conturbari debemus, quod, inempto fundo facto, dicatur actionem ex vendito*

In ipsa Renũciata & sic juris realitatem. Non in meram obligationis de restituendo personalitatem.

Exemplo aliorum.

Legis Commissoriæ.

dito futuram esse; in emptis enim & venditis potius id, quod actum, quam id, quod dictum sit, sequendum est: Et tamen etiam rei vindicatione, adversus tertium possessorem, eaque directa. Gloss. *ad l.* 1. *verb. Condictio. C. de don. quæ sub mod.* agi. *arg. l. f. ff. eod. l.* 4. *C. de pact. inter empt. l.* 41. *pr. ff. de R. V.* Coll. Jur. Argent. *d. l.* B. Lauterb. *ff. eod.* §. 1. *th.* 8. Et licet (quod urget Kellenbenz. *d. tr. qu.* 23. *numer.* 15.) ex pacto de retrovendendo prædium non ita venditori debetur, ut reali aliqua actione peti possit à tertio possessore: quæ communis est opinio, & in Camera quoque recepta, teste Gail. 2. *Obs.* 16. *num.* 4. tamen & hoc ipsum (quod Kellenbenz. non observavit) notabilem, in casum, quo adjectum fuit tale pactum verbis directis: e. g. quod oblato precio res sit inempta (quale hac in nostra materia subesse, ostensum est) recipit, inter alias plures, de quib. Berlich. *p.* 2. *concl.* 2. *n.* 17. *& seqq.* limitationem: ubi ex eo *num.* 18. & Boerio, *decis.* 182. *num.* 16. maximè *per l.* 13. *in f. pr. ff. quib. mod. pign. solv.* notat. Carpz. *in J. F. p.* 2. *const.* 1. *def.* 17. *num.* 7. *& seqq.* Ubi etiam, *num. fin.* præjudicium adfert: scil. ob naturam conditionum resolutivarum; de qua mox.

LV.

Nec etiam Æquitati.

Cæterum, nec ex *Æquitate* esse inde patet, quod hac ratione facile res renunciatæ in tertium alienarentur, & alienante non solvendo existente, ejusve heredibus hereditatem ejus, ad restituendum saltim obligatam, non adeuntibus, carere renunciantes, aut earum heredes, tenerentur rebus, quæ ante renunciationem, adita quippe hereditate, post renunciata, ipsarum fuerant, & ad quarum Dominium, per conditionis nostræ existentiam, expresse sibi regressum reservaverant: omnia contra fidem, in pactum resolutivum datam. Ob quam causam legislatores æquius censuerunt, contra tertium: qui quippe sibi imputare debet, cur in rei conditionem diligentius non inquisiverit. *arg. l.* 19. *pr. ff. de R. J. l.* 5. *C. de furt.* Rei vindicationem ob pacta talia resolutiva, ex dominio reverso, concedere. *arg. d. l. fin. ff. de leg. commiss. d. l.* 41. *pr. d. R. V. l.* 4. *C. de pact. inter Empt.*

LVI.

Uti verò cum Kellenbenzio negamus, ita tranſire per pactum hoc renunciativum modificatum, dominium, ut, nullo in caſu, hoc nomine, ullum renuncianti, ejusve heredibus, jus remaneat, quam ſolum obligatio ad repetendum, conditione noſtra exiſtente, à renunciationem recipientis heredibus; ita cum eodem non poſſumus non propugnare, quod moribus Germaniæ renunciata hereditas, atque ſic rerum, in ea repertarum, *d. l. 37. de acqu. hered.* ad renunciantem ex lege pertinentium, *Dominium* in renunciationem recipientem, ejusve heredes, ſemper tranſeat, ac pleno jure domini interea, pendente conditione noſtra, conſtituantur, Kellenbenz. *d. tr. q. 23. num. 5.* Add. *qu. 18.* Quicquid jam alii ſentiant, ſtatuentes dominium in habitu & potentia reſervari, & per exiſtentiam conditionis noſtræ in actum & exercitium produci. Quomodo ſtatuunt inter alios Klock. *tom. 3. conſ. 106. num. 62.* aut transferri tantum *Uſumfructum*: ut loquuntur: Ph. Matth. *d. vol. 1. conſ. 20. num. 61.* putans, hanc renunciationem non, niſi ſuſpenſionem petitionis, eſſe, nec recipientem eam ad tempus heredem fieri; nec renunciantem, exiſtente noſtra conditione; ſcil. quia ſe non ſimpliciter abdicarit hereditate. Autor Conſ. Gail. *d. p. 1. conſ. 15. num. 30.* niſi forſan, eveniente conditione noſtra, ubi res reſolutivo pacto acta, quoad effectum, pro tali retro habeatur: quomodo credimus Dnn. Anceſſorum Ph. Matth. ad hoc citantium in *d. vol. 4. conſ. 171. n. 253.* mentem eſſe: quando ibidem reſpondent, quod tantiſper, ſuperſtitibus maſculis, Uſumfructum & adminiſtrationem tantum ſorores renunciantes fratri detulerint. Siquidem alibi nempe *part. 5. conſ. 221. num. 27.* agnoſcunt, maſculos interea cenſeri heredes. Certè renunciationem recipientem, aut heredes ipſius, interea veros ipſius, cujus hereditas ad renunciantem pervenerat, & renunciata ab eo fuerat, heredes eſſe, credimus cum Bart. *in l. fin. ff. ad SCtum. Tertull.* Dnn. Anteceſſ. *d. l.* ſcil. ad exemplum maſculorum, ex Statuto fœminas, quamdiu ipſi ſuperſunt, excludente, ſuccedentium: quos interim veros heredes eſſe, cum Bald. *ad d. tit. 1. §. quin etiam, num. 3.* ſtatuit Gail. *d. 2. Obſ. 148. n. 5.* Et hoc ita verum

Fatemur cum Kellenbenzio, renunciatorum Dominiũ tranſire ſemper.

Non ſaltem Uſumfructum.

Credimus, renunciationem recipientes, eorumve heredes maſculos, interim veros heredes eſſe.

rum arbitramur, quicquid ſentiat Ph. Matth. *d. vol.* 1. *conſ.* 20. *num.* 65. Aſt ita ***non ex Jure communi*** & ordinario Rom. ex quo quippe notum eſt, quod ne quidem totius hereditatis à fiduciario facta reſtitutione, is, qui ſemel heres fuit, heres eſſe deſinat, §. 3. *J. de fideic. her. arg. d. l.* 7. §. 10. *de minorib. l.* 88. *de her. inſt. arg. l.* 2. *C. de Hered. vel act. vend.* adeoque agnitæ renunciatio nulla amplius eſſe queat. *l.* 4. *ibi: ita quæſitam renunciando nihil agit, C. de rep. vel abſt. hered.* Conferatur tamen Kellenb. *d. tr. q.* 16. *n.* 12.

Non ex Iure Communi

LVII.

Sed Conſuetudinario.

Sed ex jure hoc conſuetudinario: quod ut ſeſe adſtringat per omnia ad juris Rom. Regulas, neceſſe haut eſt. Adeoque permittit, ut hereditas per ceſſionem ex hac cauſa, pendente conditione noſtra, tranſeat pleno jure, ad renunciationem recipientem ejusve heredes: qui portionem hanc accipiunt, non à diſpoſitione defuncti, aut à lege, ab inteſtato; ſed à diſpoſitione ceſſionis renunciantis; adeoque non jure accreſcendi, (ubi quidem non pauci contendunt) ſed jure ceſſo. cum Molinæo *Conſ.* 27. Betſ. *de pact. fam. illuſtr.* ſeu renunciationis beneficio, ipſo fatente Ph. Matthæi, *d.* 1. *conſ.* 21. *n.* 31. ita tamen, ut interea, conditione pendente, facultas ad ceſſam hereditatem, eveniente conditione, regrediendi penes renunciantem, ejusve heredes, maneat, ad hos ab ipſa transmiſſa, per deducta à Bald. *d.* 3. *Conſ.* 426. Phil. Matthæi *d. vol.* 1. *conſ.* 20. *num.* 53. *& ſeq.* Klock. *vol.* 4. *conſ.* 13. *num.* 84. etiamſi heredum in pacto reſervatorio non fuit facta mentio. §. 4. *J. de V. O. l.* 9. *de probat. l.* 13. *C. de contr. ſtip.* arg. eorum, quæ in genere de jurium & actionum tranſitione ad heredes tradit B. Lauterb. *diſput. de tranſit. act. th.* 23. *& ſeq.* Ut propterea clauſulam illam Notariorum, de heredibus mentionem facientem, ſuperfluam & hic ſtatuat Speidelii Addit. *in Specul. d. l. pag.* 1306. Transmiſſio autem fit, ſeu integra hereditas renunciata: ſeu portio tantum: ſeu quod præter dotem acceptam legitimæ deeſt. Auth. Conſil. Gail. *d. p.* 1. *conſil.* 15. *num.* 21. *& ſeq.* nec impedit transmiſſionem hanc defectus in renunciante: quia non intrinſecus eſt, ſed extrinſecus; differens ſolum, non excludens in perpetuum. Id. *d. l. num.* 32.

Non ex jure Accreſcendi: ſed Ceſſo, Manente penes Renunciantem &c. Facultate regrediendi, ad Heredes transmiſſibili.

Miran-

Mirandum hinc, Dd. non paucos de transmissione hujus facultatis inter se disceptare; cum certum omnino sit, regulariter jus conditionale, per modum pacti, seu contractus, debitum, ad heredes esse transmissibile. *d.* §. 4. *J. de V. O.* Cravett. *d. consf.* 127. *n.* 10. Certe nemo dubitabit, venditore, sub pacto comissorio, pendente conditione resolutiva, moriente, heredem posse, existente ea, agere, seu personali adversus emptorem: seu rei vindicatione adversus tertium rei ita venditæ possessorem. Facit, quod delata hereditas parentis, etsi ignoranti, transmittatur ad descendentes. *l. un. C. de his qui ante ap. tab.* Auth. *Consf. Gail. d. l. num.* 21. ubi *num.* 25. probatissimorum Dd. & Scriptorum authoritatibus quamplurimis jus hoc transmissionis roborat. Ob quam facultatem renuncians non rectè dicitur exclusa *à jure successionis:* Adeoque multo minus pro mortua, hujus juris respectu, habenda: licet bene pro exclusa *à successione*, scil. actuali; inter quæ duo maximum *discrimen* subest. Exclusio à successione non infert exclusionem à jure successionis: bene autem contra. Quod discrimen est inter rem & spem, subest & hic. *Exclusio à successione* relinquit spem successionis, suo tempore & casu obtinendæ: *à jure succedendi ipso* omnem etiam spem tollit: *Illa* in non admittendo, certo in casu, consistit: *Hæc* verò in repellendo simpliciter & absolutè in omnibus casibus. *Hæc* est exclusio simpliciter: *illa* secundum quid. Exemplo hoc omne illustrari potest ex jure Feudali, quo, Feudo pro masculis & fœminis accepto, hæ, masculis extantibus, dicuntur excludi *in cap. un.* 4. *Feud.* 104. §. 1. non admitti *in C. un.* §. 1. 2. *Feud.* 6. Quod, secundum veriorem, supra tactam, & pluribus à pluribus defensam, sententiam ita intelligendum. Vid. latè Vultej. 1. *de Feud. c.* 9. *à n.* 51. *ubi*, *maxime n.* 52. hæc ita secernit. Ut sic renunciatio talis non sit impeditiva delationis hereditatis aut legitimæ, sed tantum acquisitionis duraturæ: quia renuncians acquisitam mox transfert, per superius ostensa. Est enim non extinctiva sed translativa, (scil. ad tempus,) jurium. ut loquitur Fab. de Anna *l.* 1. *consf.* 45. citatus à Musculo *d. tr. membr.* 2. *classf.* 1. *concl.* 6. *n.* 274. Unde tales heredes renunciantes interim anomalæ heredes sunt: ut in simili cum Baldo loquitur Gail.

Regulariter Jus conditionale *ex contractu debitum.* Regrediendi *pro re nata, vel ex* Conventione. *Vel ex* Jure reverso.

Renuncians an rectè habeatur pro Mortua? *pro* Exclusa?

Renunciantes *sunt interim* heredes Anomali.

Gail. *d.* 2. *Obs.* 148. *num.* 5. Breul. *d. tr. caus.* 4. *cap.* 9. *num.* 8. Heeser. *d. tr. n.* 198. *& seq.* Quomodo nec à jure communi absonum est, dari uno eodemque tempore verum heredem, & eum, qui loco heredis habetur. §. 3. *J. de fideic. her.* vicem heredis obtinet. *l.* 2. §. 18. *ff. de her. vel act. vend. l.* 9. *ff. comm. præd.* pro herede possidet. *l.* 11. *princ. ff. de her. pet. & passim.* Similia respondet Thom. Michael. *d. v.* 3. *Consilior.* Klockii 106. *n.* 63. quando ait: *Nec enim renunciatio jus successionis unquam sustulit, aut renunciantem, ejusque liberos ab eo exclusit, ut id ex nova dispositione fundari opus sit; sed tantum ad certum tempus suspendit: quo adveniente & purificato, redit ad jus pristinum, & ita de renunciatione judicatur, ac si ea nunquam interposita fuisset.*

LVIII.

Facultas Regrediendi quodnam Jus sit?

Facultas verò hæc regrediendi (unde in vernacula eam habentes solent vocari Regredient-*Erben*:) *quodnam jus involvat*, & qua ratione mediante regressus actualiter fieri queat: *an* in omnibus casibus simpliciter & absolute *jus ad rem tantum* sit: an jus *in re tantum*: an *fideicommissi conditionalis* rationem habeat? An vero *aliud in uno*, in *altero casu* aliud, obtineat, hoc vero est, quod nunc maxime expendendum venit. In *genere* autem arbitramur, respiciendum esse, qua ratione una cum renunciatione facta fuerit reservatio. Informis enim est hic actus, determinationem & formam, adeoque vim taliter operandi, recipiens ex modo & ratione, quomodo ea fuerit facta. Prout idem in aliis similibus informibus actibus usu venire solet: ut donatione, quæ quippe potest fieri vel pacto, vel stipulatione, vel actuali traditione. *per* §. 2. *J. de donat. l.* 35. §. 5. *C. eod.* §. 41. *J. de rer. div. t. t. pro donat. juncta l.* 3. *pr. ff. de O. & A* In Transactione, quæ pariter fit vel pacto. *l.* 19. *l.* 28. *C. de transact.* vel stipulatione. *l.* 6. *l.* 33. *C. de transact.* vel per contractum innominatum. *per dd. texx.* In Divisione, quæ vel in modum emptionis, vel permutationis fieri potest. *l.* 20. §. 3. *ff. fam. ercisc.* l. 14. *C. eod. l.* 1. *C. Comm. utr. jud.* A quibus diversis modis jurium etiam ac remediorum manat diversitas. Forma itaque

Renunciatio hæc modificata est actus, sua ratione, Informis, ut alii plures.

que renunciationis modificatæ & in hoc ante omnia respicienda est, quid scil. inter partes reservando fuerit actum: & quid actum voluerint.

LIX.

Interesse autem quam maxime: & sic varie in hoc sentientes Doctorum opiniones componi posse, (salvo tamen meliori cujuscunque judicio) putamus *utrum Reservatio facta* fuerit *in vim obligationis*, in renunciationem recipientis, ejusve heredum personas, directæ *per modum contractus innominati simplicis tantum*, scil. do ut des? *an vero annexum habentis unà*, in casum deficientium masculorum, in quorum gratiam facta, *Pactum Resolutivum*. Sive autem hoc actum per contractum talem simplicem, sive cum pacto resolutivo præmittendum est, semper inter actum hunc renunciationis, agnationis conservandæ causa, celebrantes id agi, ut translata per renunciationem hereditas perpetuo *Familiæ Fideicommissi jure* censeatur; ea vero extincta ex conventione reservatoria jus sit renuncianti, ejusve heredibus, ad renunciata perveniendi. Etenim quod Fideicommissum etiam inter vivos per conventionem, expressam non tantum, sed & tacitam, constitui queat, ita concludit cum Baldo Parlam. Delphin. Decian. Menoch. Petr. Ant. de Petra *tr. de Fideic. qu.* 4. *num.* 1. & 8. *vers. septimo limitatur secundus casus.* Quanquam improprium, quod non jure fideicommissi, per ultimam voluntatem constituti, censeatur: uti Doctorum contrarias opiniones (adversæ sententiæ est & Carpzov. *in I. F. p.* 3. *cap.* 8. *def.* 22.) ita concordat Vincent. Fusarius *tr. de Fideic. qu.* 14. *num.* 8. & Magon. ac Osach. citat, illam opinionem communem & magis communem appellantes. Idem & in *qu.* 308. *num.* 78. Quam sequitur & defendit Besold. *in Thes. Pract. voc. Verzieg:* & *p.* 5. *cons.* 221. *n.* 18. addens *n. seq.* quod, licet institutor verbis expressis non dicat, se fideicommissum familiæ conservandæ causa ordinare; ex mente tamen & sententia ejus, hoc ipsum voluisse, colligi debeat. Honded. *vol.* 2. *p.* 3. *cons.* 42. *num.* 1. dicens, quod talis contractus induere possit natu-

Dupliciter fit Reservatio

Respectu renunciationem recipientis heredes masculos agnatos *semper involvit* Fideicommissum. *Quale per* conventionem *constitui*, non repugnat Juri.

ram fideicommissi, maxime tamen cum agatur de fideicommisso particulari. Siquidem & in contrahendo rei suæ legem quis dicere potest, quam vult, *l.* 10. *C. de pact. l.* 1. *C. de pact. conv. tam sup. dot. l.* 21. *C. mandat.* uti in ultimis voluntatibus. Everhard. *in loc. leg. à contractu ad ultimas voluntates.* 36. *num.* 2. Et sic recte dici potest cum Heesero *d. tr. num.* 265. *& seq.* quod bona, quæ fuerunt paterna vel materna, quibus renunciatum, postquam à fratre adita sunt, fiant fraterna. *l.* 10. §. 2. *ff. de vulg. & pup. subst.* §. 1. *l. qui & ex quib. caus. man.* Idem cum aliis tradit Gail. *d.* 2. *O.* 148. *nu.* 7. quia licet fideicommisso affecta, nihilominus tamen transeunt in ejus patrimonium. *t. t. ff. de fideic. her. pet. junct.* §. 2. *I. de legat. l.* 80. *de leg.* 2. Et hanc sententiam sequitur etiam Brunn. *ad leg.* 48. *ff. de pact.* & præprimis *ad l.* 3. *C. de don. quæ sub mod.* Add. Muscul. *d. tr. num.* 83. ubi hoc pariter asserit & quærit: Quidni igitur & pactum toleraretur super fideicommissaria hereditate? pariter & cum Cravetta *Cons.* 127. *n.* 12. Auth. Cons. Gail. *d. p.* 1. *cons.* 15. *n.* 19. novissime Dn. Textor *d. Diss. th.* 3. Hoc autem in casu, cum excedat paciscentium facultatem: quæ quippe legis est, aut, lege permittente, hominis, mortis causa, non inter vivos, disponentis. P. Ant. de Petra *d. q.* 4. *n.* 2. Fusar. *d. l. q.* 14. *n.* 7. Gail. 2. *O.* 16. *n.* 7. dominium sine traditione facere transire ad aliquem ejusve heredes, idcirco ipsis, in quorum gratiam facta renunciatio, *quamdiu masculi supersunt*, adversus præcedentis masculi heredes condictionem utilem, ad fideicommissum hoc consequendum, ex pacto recte concedit Kellenbenz. *d. tr. q.* 21. *n.* 8. Add. quæ tradunt Dd. *ad d. l.* 3. *C. de don. quæ sub modo.* Perez. *C. eod. n.* 5. Brunn. *ad d. l.* Diodor. Tulden. *ad C. eod. nu. fin.* ubi dicit, quod ex *d. l.* 3. vulgo tradatur, etiam contractu induci fideicommissum posse, dummodo certarum rerum sit.

Respectu Renunciationis hujusm. actum celebrātiū

LX.

Hæc *de jure* ex tali renunciatione modificata Agnatis quæsito. Jam ergo de eo, *quod Renuncianti quæritur ex conventione hac.* Hic vero notandum, quod, utut renunciatio hæc donationem favore agnationis sapiat, *arg. l. donari.* 29. *pr. ff. de*

ff. de donat. §. 1. *J. eod.* Kellenb. *d. tr. q.* 6. *n.* 2. *q.* 39. *n.* 19. *& q.* 41. *n.* 1. Bets. *d. tr.* Dnn. Antecessores *d. vol.* 4. *conf.* 171. *n.* 244. *& seqq.* vid. supra *th.* 4. nihilominus tamen, quia omnis renunciatio modificata, etsi futuræ hereditati facta: (fit n. talis sub conditione delationis renuncianti adhuc viventi factæ: ut supra *thes.* 40. ostensum:) legem illam regressus ad renunciata, agnatione exstincta semper annexam habet, adeoque restituendi eadem, idcirco ***conjunctum habet, hoc negotium contractum innominatum***: *do ut des: arg. l.* 1. *C. de don. quæ sub mod.* Verum *interdum* ***simplicem tantum***, in personam recipientis, ejusve heredes tantum, directum; ***interdum conjunctum cum pacto resolutivo.*** Etenim si facta ita, ut renunciationem recipiens non id pro se & suis heredib⁹ masculis agnatis agere voluerit (siquidem etiam non semper id expedit: quod à renunciationem talem modificatam recipiente probe expendendum,) ut acciperent Dominium, conditione nostra existente, revocabile per pactum resolutivum: quin verò abstinuerit à tali pacto, & verba dirigi curaverit in personas tantum, eas obligando renuncianti: ita scil. e. g. Agnationis conservandæ causa renuncio: vel cedo tibi hujus vel illius hereditatem, seu portionem in ea meam, omnibusque ex te descendentibus masculis ejusdem nominis: eandem in te ac ipsos transfero: id quod in hoc loco nihil aliud est, quam dare hereditatem. Klock. *vot. Cam.* 1. *rel.* 29. *num.* 1. ea lege, ut finita agnatione eam mihi, aut heredibus meis, restituas: quod quidem legem faciendi (uti Klock. quidem *d. l. num.* 2. fecit) appellare haud possumus, sed potius dandi. arg. ejus, qui dotem dat sub lege sibi eandem, soluto matrimonio, restituendi. *l. un.* §. 13. *C. de R. V. A.* qualis conventio quod admissa sit in jure, colligi potest *ex d. l.* 2. *C. de donat. quæ sub mod.* & ibi Glossa, Carpz. *d. p.* 3. *c.* 8. *d.* 22. *n.* 5. *&* 6. *ibid.* sanè statuere necesse habemus, non nisi jus ad rem renuncianti, ejusve heredib⁹, inde competere. Postquam enim dominii translatio à renunciante in renunciationem acceptantem aut heredes ejus, dubio procul facta est; per superius in genere tradita: hocque inter vivos actum, nec renuncians sibi resolutivo pacto in casum existentiæ nostræ

credimus eum fieri per modum contractus innominati do ut des. *Interdum* Simplicis *in personam accipientis hereditatem tantum directi.*

Ex quo renuncianti tantum Jus ad rem competit.

ſtræ conditionis proſpexit: nec renunciationem recipiens ita voluit: dominium ita translatum perpetuo translatum manet, nec, conditione noſtra licet exiſtente, ipſo jure redit: per adducta in præcedentibus. Præſcriptis verbis actione hinc adverſus ultimi morientis heredes à renunciante, aut ejus heredibus, utendum eſt, ad recipiendum renunciata, aut eorundem æſtimationem. Quam actionem præſcriptis verbis agnoſcit. Klock. *d. l.* quia res ex contractu ad alium pervenerit. Quam in caſu pacti de retrovendendo etiam admittit Gail. 2. *O.* 16. *num.* 4. *& ſeqq.* Adverſus vero tertium eorundem poſſeſſorem reali minime agi poteſt. Dd. *ad d. l.* 2. *C. de don. quæ ſub mod.* Gail. *d. l.* arguens, quod prohibitione alienationis per pactum facta, res alienata non vindicetur; quia dominii translatio per id non poſſit impediri. Poterit tamen adverſus tertium tunc agi in ſuis caſibus Pauliana. §. 6. *J. de act. t. t. ff. quæ in fraud. Cred.* Confer. infra *th.* 62. Adeoque in hoc enarrato caſu non ita ſimpliciter & abſolutè, ac per omnia, verum eſt, quod per exiſtentiam conditionis, in quam renunciatio facta, renuncians, aut heredes ejus, reſtituantur in eum ſtatum, in quo fuerunt ante renunciationem. Etenim ante eam fuerunt ipſo actu heredes, ſeu agnitæ jam hereditati & delatæ, ſeu deferendæ, viventi tamen renuncianti adhuc delatæ, ipſa renunciatione conditionali, per delationem in hoc purificata, agnitæ, renunciatio facta. Siquidem hereditas verbis & factis acquiritur. §. 6. *J. de her. qual. & diff. l.* 20. *ff. de acquir. hered.* adeoque univerſum defuncti jus pro portione illa: nec non omnium rerum dominium in renunciantem tranſierat, ut & ea, quæ in nominibus ſunt. *d. l.* 37. *ff. eod.* Tales autem nunc non ſunt, cum ex conventione renunciationem recipientis heredes obligatos ſaltem habeat renuncians ad renunciatorum reſtitutionem: Cum in locum juris hereditarii, & dominii rerum ſingularium, adeoque juris in re, ſubſtitutum ex pacto ſit non, niſi jus ad rem. Hac ipſa vero reſtitutione facta demum rerum, quas accipiunt, vel recipiunt, domini fiunt, traditione mediante. *arg. l.* 20. *C. de pact. l.* 3. *pr. ff. de O. & A.*

Et ob id actio tantum Perſonalis.

Adeoque tunc nō fit per Exiſtentiam noſtram reſtitutio per omnia *ad priſtinum ſtatum.*

LXI.

Quod ſi vero hoc negotium *expreſſæ* Regreſſus Reſervatio-

tionis *conjunctum est cum Pacto Resolutivo:* & quidem si renuncians expresse ita renunciavit, & recipiens renunciationem in hoc recepit, *auff einen ledigen Anfall, oder so lang Mannlichen-Namens, und Stammens vorhanden: oder Sie vvolle auff den Fall absterbens des Mannlichen Stammens und Nahmens eine unverziegene Tochter seyn: oder solle alsdann der Verzücht null und nichtig seyn*, & quæ aliæ tales formulæ, nitentes verbis directis, vel talibus, quæ per necessariam consequentiam resolutivum inferunt pactum, ut deficientibus masculis liceat tunc renuncianti ejusve heredibus renunciata vindicare, B. Lauterb. *tr. de L. Comm.* §. 1. *thes.* 4. tunc omnino statuendum existimamus, quod vi pacti hujus renunciatio etiam resolvatur, & pro ipso jure resoluta habeatur. Thom. Michaël. *d. vol.* 3. *consilior.* Klock. 106. *n.* 19. dominium, quod hactenus fuerat penes eos, in quorum gratiam facta renunciatio, desinat, uti loquitur Kellenbenz. *d. l. q.* 18. *num.* 12. penitus extinguatur & pereat, cum Barr. & Natt. Auth. consil. Gail. *d.* 1. *conf.* 15. *num.* 17. translatum, per eandem ipso jure revertatur. *arg. d. l.* 2. ubi Bald. Joh. Brunn. & Dd. comm. *C. de donat. quæ sub mod.* recipientis ultimo defuncti masculi, agnati heredes, heredes conventionales esse desinant, personæ conditione, quæ locum fecit renunciationi, cessante. *l.* 68. *de R. I.* in eos ob id nihil transmissum sit. Id. Kellenb. *d. l.* ipsaque renunciata hereditas, ex jure consuetudinario, ad renunciantem, aut heredes ejus, ipso jure, redeat, atque sic una rerum singularum, quæ defuncti fuerunt, dominium. Quia itaque renunciationem talem ineuntes id agunt, consuetudine suffragante, ut is, in cujus gratiam renunciatio fit, sit ex die mortis defuncti, cujus hereditati renunciatio fit, heres, etiam ex renunciantis portione; sed non in perpetuum, verum temporaliter, & ut conditione nostra existente jus successionis ab intestato redintegretur, aut redeat, *arg. d. l.* 2. *C. de donat. quæ sub mod.* vid. Bach. *ad Treutl. d. v.* 2. *disp.* 9. *th.* 8. *in f.* fit ita, ut per Existentiam Conditionis, vi reservationis in ultimo defuncti masculi heredibus infirmetur titulus & ipso jure annulletur. *arg. c.* 45. *X. de elect. in* 6. hæc enim est reservationis talis natura. Menoch. *de recup. poss. rem.* 15. *n.* 414. atque sic, quo mediante, pacto nimi-

Vel cum Pacto Resolutivo, *eoque ita* Expresse.

Et ex horum Pactorum communi natura etiam Jus translatum *redit* ipso jure.

nimirum renunciativo, hereditas, & cum ea ſingularum in ea rerum dominium ſine traditione fuit translatum, hoc medianté, pacto ſcil. reſolutivo, ſine *traditione*, per Conſuetudinem, redeat. *arg. l.* 35. *ff. de R. I. l.* 3. *ff. de Interd. & releg. d. l.* 2. *C. de donat. quæ ſub mod.* Corruptio ſiquidem & generatio ab iisdem procedunt. Hoc vero demum eſt, renunciantem, aut ejus heredes, in eum ſtatum deduci, in quo renuncians ante renunciationem fuit, ſcil. ſucceſſionis de jure communi competentis, at ex conſuetudinario ſeu translatæ, ſeu ſuſpenſæ hactenus, non penitus cum ipſo jure ſublatæ. Auth. Conſ. Gail. *d. p.* 1. *conſ.* 15. *n.* 16. ut ſic remotio impedimenti (quæ fit per noſtræ conditionis reſolutivæ exiſtentiam) retro fingat impedimentum non fuiſſe: ut cum Bart. *in quæſt. incip. Bartholuciæ.* reſpondit Bald. *d. vol.* 3. *conſ.* 426. *n.* 3. Nec movet, quod hac ratione contra juris regulas is, qui heres ſemel fuit, deſinat eſſe heres: quia, poſtquam Conſuetudine pactitiæ hereditates ſunt receptæ, uti per irregularitatem, vi conſuetudinis, mediante pacto, heres effectus eſt is, in cujus gratiam renunciatio facta: vid. *th.* 56. nec enim jure Civ. hoc pacto fieri poteſt: ſic & per eandem anomalian heres eſſe deſinit, & ex jure redintegrandi renuncians, aut heredes ipſius, ejus, cujus hereditati renunciarunt, heredes fiunt: exemplo Statuti, fœminam, extantibus maſculis, excludentis. uti cum Bald. *ad l.* 2. *C. de liber. præter.* ejusque ſequacibus id reſpondet & deducit Hieron. Gabriel. *conſ.* 7. *n.* 7. & 11. Quamvis itaque recipientis ultimo defuncti maſculi heredes obligentur ex pacto, ad reſtituendum, *l.* 9. *ff. de probat.* §. 4. *I. de V. O.* Cravett. *conſ.* 127. *n.* 9. & *ſeq.* vel penes ipſos ex renunciatis bonis adhuc exiſtentia, vel ab iis aut majoribus ipſorum conſumpta aut alienata: ad exemplum emtorum ſub Lege Commiſſoria, aut addictione in diem reſolutiva: ut proinde recte jus hoc ex pacto noſtro debitum dicatur. *arg. d.* §. 4. *I. de V. O.* à Phil. Matth. *d. v.* 1. *conſ.* 21. *num.* 55. & portio hæc aliena, ob reſtitutionis neceſſitatem. Phil. Matth. *d. l. num.* 30. & *num.* 36. & *ſeqq.* Dnn. Anteceſſ. *d. p.* 4. *conſ.* 171. *n.* 254. ob id ſub hereditate ultimo defuncti agnati non comprehenſa. Thom. Michael. *d. v.* 3. *Conſilior. Klockii* 106. *n.* 4. non tamen repugnat: ut *th.* 57. dictum, trans-

Sine traditione.

Obſt. *quod ſemel heres non deſinat eſſe.* Reſp.

Obſtat, *quod renunciatione recipiens ſit obligatus.* Reſp.

lata redire ipso jure, & postliminiò quasi renunciantis jus, habitualiter seu potentialiter, ut loquitur Auth. Conf. Gail. *d. l. n.* 17. retentum, redintegrari. Appositè ad hæc tradit Boër. *dec.* 163. *n.* 19. ex Baldo seqq. *Hic sunt duo pacta: unum, ut retradatur: & hoc non rescindit contractum ipso jure; aliud est, ut à venditione recedatur, & istud rescindit, ipso jure retradita.*

LXII.

Quamvis enim sunt, qui in dictis duobus pactis, nempe *lege commissoria & addictionis in diem*, peculiare hoc esse autumant: adeoque in cæteris non admittunt: quòd privatorum excedat potestatem, facere retransire dominium sine traditione, cùm Superioritatis hoc sit: eamque opinionem communem dicant. Vid. Alex. I. *consil.* 10. *n.* 5. ubi hoc & fatentem citat Raphael. Cumanum *in l.* I. *ff. de donat.* ipsi quidem contrarium, atque ab ea in judicando non recedendum moneat idem Alex. *d. l.* Si tamen id obtinere putant in iisdem, propter eorundem frequentiam, ut Bart. & Angel. *ad d. l.* I. *ad fin. ff. de donat.* credant necesse est, & in nostro reservationis pacto Resolutivo, cùm & hoc frequentissimum sit in Renunciationibus, ut ostensum in *th.* 47. Quia insuper pactum hoc fit verbis directis, formaliter, ad formam sc. traditam à lege, Commissoriæ legi vim hanc dante: idcircò ut ob id non difficilem se exhibet Alex. *in d. l. num.* 6. in casu pacti de retrovendendo: ex quo aliàs personalem saltem actionem cum aliis propugnat *in d. consil. per tot.* & Dd. idem sentientes aliàs, pariter hoc concedunt, ut Tiraquell. Mantic. Carpzov. Trentac. Fachin. quos omnes etiam citat & novissimè sequitur Brunnem. *ad l.* 2. *C. de pact. int. emt.* ita omninò in genere & de aliis resolutivis id statuendum. idque *per l.* 19. *ff. de usucap. arg. l.* 11. §. *pen. ff. quod vi aut clam. l.* 3. *ff. de C. E. l.* 13. *pr. ff. de pign. act. l.* 10. §. I. *ff. quib. mod. pign. solv. l.* 7. *C. de pact. int. emt. & vend.* Quomodo etiam hanc sententiam de jure veriorem, & magis communem esse, tradit B. Lauterb. *tr. de in diem add.* §. I. *num.* 11. allegans, præter Trentac. Tiraq. Carpzov. jam laudatos, etiam Brussel. Gutierez. Mudæum; Castrensem etiam allegat Gothofr. *ad d. l.* 16. *ad voc. retrò.* & magis communem esse, ex Jasone fatetur Cravetta *cons.* 201. *num.*

Excursus *in Pactorum* Resolutivorum naturam latior.

Magis communis *sententia est pro* nostra opinione.

Y y

num. 3. Addimus tamen & hoc, quòd in hoc puncto, ubi in contractu pactum resolutivum est, subinde sibimet ipsis non constiterint Dd, sibiq; contrarios deprehenderit Idem Cravetta *d. l.* Paulum de Castro, Baldum. quorum tn. authoritatem secuti sint cæteri Dd. Alexandrum, Jasonem: ut propterea exinde colligat idem Cravetta *d. l.* magnæ difficultatis esse passum hunc, & deploret ob id calumnias patientium fata. Addimus & hoc; quòd, qui pactis resolutivis hanc vim, extra duo illa, in venditionibus solita, inesse negant, adeoque adv. tertios possessores reale remedium denegant, concedant tamen tùm in *subsidium*, si debitor non sit solvendo: tùm in casu, si possessionem accipiens sciverit, tale pactum appositum, ut de pacto de retrovendendo ita limitat Natta *in addit. ad Alex. dd. verb. videtur.* allegans Cynum *ad l.* 2. *q.* 11. *C. de resc. vend.* Sufficiant de hoc principali puncto hæc latiùs deducta. Ex quib. omnino patet, in uno Renunciationis ita modificatæ, ita limitatæ, actu *plures contineri:* Fideicommissi constitutionem; respectu eand. recipientis heredum masculorum agnatorum, in quorum gratiam fit renunciatio: nondum delatæ hereditatis si est, pactum ob juramentum irrevocabile: delatæ verò, in renunciante hereditatis privativum, in correlato ejusdem collativum: in illo juris ad rem constitutivum; in hoc v. obligationis passivæ, sc. propter contractum innominatum: Si æstimatio venditionis gratiâ facta rerum ex eo restituendarum, venditionem unà: si resolutivum pactum adjectum, ipsum juris & dominii translati, eveniente ejus conditione, actum revocativum. Si dote accepta promisit tantùm, se renunciaturam, quid hoc sit, vid. ap. Kellenb. *q.* 8. 9. 10.

In Renunciatione modificata plures *occurrunt* actus.

LXIII.

Consequentia Remediorum, *Personalis.*

Consequens hinc est, quòd præter *personalem actionem*, quâ ex pacto: sed tantùm adversus ejus, qui renunciationem recepit, heredes; minimè a. adv. renunciatorum possessores; *l. fin. in f. ff. de C. E. l.* 13. *C. de O. & A.* Vid. Disputat. *de Different. realib. & personal. action. thes.* 20. agi potest, ad renunciatorum restitutionem, (quam, in genere, renunciatione cum pacto reservativo facta, præscriptis verbis, ex contractu innominato, esse, agnoscit Casp. Klock. *Votor.*

Camer.

Camer. d. rel. 29. n. 1. *& relat.* 135. *n.* 1. admittens etiam *d. n.* 1. condictionem *ex l.* 2. *C. de don. qua sub mod.*) alia competant *remedia* adversus quoscunq;, pro herede, vel pro possessore possidentes, adeoq; vel Jus hereditarium ipsum controversum reddentes, vel possessionem adipisci volentibus ejus restitutionem denegantes: seu renunciationem recipientis sint heredes, seu alii quicunque. Quare rectè iisdem conceduntur *Universalia* remedia, nempe & *Petitorium* Hereditatis petitio *l.* 1. *l.* 2. *l.* 9. *cum l. seq. ff. de H. P. l.* 7. *C. eod.* quæ etiam heredi pro parte competit. *d. l.* 10. §. 1. *l.* 1. §. 1. *l.* 2. *ff. si pars hered. pet.* Ita in hac materia existentis conditionis nostræ responderunt Phil. Matth. *d. v.* 1. *conf.* 20. *n.* 76. Vultej. *d. v.* 1. *conf.* 17. *num.* 1. *& seqq.* & *Possessorium*, quorum Bonorum scil. Interdictum, *per tot. tit. ff. Quor. bonor. l.* 1. *C. eod.* Uti enim id competit etiam, renunciatione, ob defectum formæ, inutiliter facta. Speidel. *in Specul. d. l. pag.* 1306. sic & ubi ita resoluta. Id. Phil. Matth. *d. l.* ubi quidem in collatione utilitatis remedii utriusque fatetur, possessorium utilius esse petitorio, scil. ob *L. f. C. quor. bonor. junct. l.* 24. *ff. de R. V.* vid. Disputat. *de diff. Action. petit. & possess. thes.* 71. Sed tamen tutiùs esse dicit, propter rationes dubitandi, altiorem indaginem requirentes, petitorio causam intentare. Qui etiam *n. seq.* 81. de judice informat, quòd esse possit vel Hereditatis sitæ, *tot. tit. C. ubi de Hered. ag.* vel domicilii heredum, ad restitutionem conveniendorum. *l. f. C. ubi in rem act.* adeoque, pro re nata, vel Cameram Imperii, vel Judicium Aulicum, Austregarum judicium, vel alios ordinarios judices. Nec non *eod. num.* 81. quid consultiùs sit, si renunciantium plures & varii sint, aut unius renunciantis plures: ut post longum temporis tractum fieri solet: heredes; adeoque in genere communem causam post existentiam conditionis nostræ habere videantur. Quòd si verò de jure hereditario inter renunciantem, aut ejus heredes, & ultimò defuncti masculi heredes, lis est nulla, sed saltem de *Divisione*, tunc familiæ herciscundæ judicio dirimenda erit. *tot. tit. ff. & C. fam. ercisc.* Hahn. *d. tr. de jur. rer. c.* 13. *n.* 11. Ubi porrò habet, quòd & communi dividendo judicium, suo sc. in casu institui queat. Sed & alia Reme-

Et Realium. Scil. Competunt Universalia. *Petitorium.*

Possessorium.

Quod ex his Utilius?

Quodnam hîc Forum?

Quid si de Divisione *lis est?*

Competunt &

Singularia *remedia.* Remedia *Singularia* omnia, quæ heredibus in jure prodita ſunt adverſus eos, qui non pro herede, aut pro poſſeſſore poſſidentes Jus hereditarium ipſis controverſum reddunt, ſed, eosdem heredes agnoſcentes, aliàs controverſiam de jure circa rem movent, e. gr. dominio: quo in caſu rei vindicatio locum habebit. Gail. *d.* 2. *O.* 148. *in fin.* Quòd ſi verò *vacua* eſt, poſt mortem ultimò defuncti maſculi, harundem rerum, in quibus renuncians, aut ejus heredes, portionem quondam renunciatam, nunc reverſam, habent, *poſſeſſio*, eandem propriâ authoritate occupare poſſunt. Cùm enim in ſtatum Redigantur, in quò fuit renuncians ante renunciationem, erunt etiam in hoc ſtatu, quò quilibet heres (ob rationem, quæ eſt *in l.* 65. *l.* 70. *pr. ff. de V. S. l.* 194. *ff. de V. S.* etſi longiſſimè à primo gradu) nempe facultatis propriâ authoritate bona hereditaria occupandi. de quâ Carpzov. *l. F. p.* 3. *c.* 9. *Def.* 27. *ubi in fin. præjudic.* Et ita in terminis renunciationis talis reſponderunt Dnn. Antece*ſ*s. *d. v.* 4. *c.* 171. *num.* 252. *maximè num.* 253. ubi inter alia ita: *Alſo deſſen Erbſchafft, vvelche* in hoc caſu pro jacente *zu halten, ſich vvohl annehmen, und unterfangen mœgen.* Quare non dubitamus, quin &, ſi ſubditi adſunt, pro illa portione reverſâ Homagium: *die Erbhuldigung:* exigere ab iis & accipere queant, hi ipſi, quos vocant regredient-*Erben*, arg. eorum, quæ de hoc jure tractant Reink. *de R. S. & E. lib.* 1. *cl.* 5. *c.* 4. *num.* 2. *& ſeqq.* Gail. *de arreſt. c.* 7. *n.* 10. Cravett. *conſ.* 517. *num.* 3. Uti itaque, ſi pendente conditione, antequam jus hoc expergiſcit, aut purificatur, renuncians (aut ejus heredes) adverſus renunciationem recipientis heredes agnatos maſculos de facto agens remedio aliquo, ſuprà nominato, allegatione renunciationis talis cum effectu repellitur. Vid. Vultei. *d. V.* 1. *conſ.* 17. *n.* 31. *& ſeqq. junct. n.* 81. *& ſeqq.* Thom. Michael. *d. v.* 3. *Conſilior. Klockii* 106. *n.* 63. adeò, ut ſe immiſcere volens mandato pœnali etiam coërcita fuerit. Beſold. *Thes. Pr. d. voc. vers. filiam.* Sic, poſt conditionis noſtræ exiſtentiam, contra ultimi maſculi heredes jure agens, exceptionem hanc validè repellere poteſt replicatione exiſtentiæ hujus: Aut in poſſeſſione conſtitutus exceptione ex pacto reverſæ hereditatis ſe tueri contra agentem. Hahn. *d. l.*

[Margin: *Etiam Facultas* **Occupandi vacua Propria authoritate.** — **Homagium** *à ſubditis recipiendi.* — *Item de reverſa* **Excipiendi,** *aut* **Replicandi.**]

LXIV.

LXIV.

Hæc ita quidem si pactum reservativum cum resolutivo adest expressè: Quòd si verò Reservativum *tacite* in renunciatione continetur: ut casus sunt, de quibus suprà *th.* 47. tunc *utrum renunciatio talis modificata intelligenda veniat facta in modum contractus Innominati simplicis*; *an verò cum pacto resolutivo?* quæstionis esse potest. Etsi verò sibi imputare debeat fœmina, si legem contractûs non dixit apertiùs: Cùm tamen sexui hinc & ætati, plerumque teneræ, facilè hoc ignosci queat: & pro pacto resolutivo stent præsumptiones ac rationes validæ: sc. à talis renunciationis frequentiori usu: de quo, & regula inde interpretandi, pariter *in d. thes.* 47. à statutorum, nec non feudorum, fœminas taliter excludentium, similitudine: à renunciationes interpretandi regula æquitatis, quòd facienda earundem interpretatio, ut minùs lædant: ab accessu propinquiore ad generalem Dd. traditionem, quòd pro non renunciatis in genere tunc habeantur: quòd Jus, quod ante renunciationem habuerunt, per eandem non sublatum, sed suspensum sit, viventibus masculis, iis verò mortuis reviviscat: à parte resolutivi pacti stabimus, donec rationes fortiores in contrarium adductæ erunt. Fiunt ergò renuncians ita, aut heredes ejus, post conditionis nostræ existentiam, ejus, cujus hereditati renunciaverant, heredes cum *Effectu*, atque succedunt, in renunciatâ portione, non ultimo ex masculis defuncto: Kellenb. *d. tr. q.* 20. *n.* 12. & 13. *Auf begebenen Fall, seind verzücht Tœchter ohnverziehene Tœchter, und ihres Vatters Erbinnen.* Dnn. Antecess. *d. p.* 4. *cons.* 171. *n.* 253. (Secus ac, post alios, putat P. Æmil. Gall. *d. tr. de except. succ. p.* 1. *t.* 2. *exc.* 1. *n.* 44. ob rationem, ex jure regulari, ordinario, communi petitam, quòd hereditas renunciata, à masculo semel adita, fiat unum cum ipsius bonis patrimonium: sed in exorbitantibus hisce non quadrantem. In quo quidem ab imperitis sæpiusculè elenchus committitur, putantibus, ex gradus, quô defunctum hunc contingunt, proximitate, quasi cum tota massa hereditariâ renunciata etiam portio sit confusa, illos, si remotiores sunt, planè non; aut si in eodem cum ipsis gradu, sine ulla renunciatæ portio-

An & Tacitè resolutivum annexum censeatur? Aff.

Existentiam nostræ Conditionis in pacto Resolutivo *sequitur* EFFECTUS, *ut renunciantes fiant* Heredes ejus, cujus hereditati renunciarunt, *non* ultimò defuncti.

portionis, deductionis, aut ſeparationis prærogativa, in viriles aut ſtirpes æqualiter duntaxat, admittendos propter *d. Nov.* 118. *c.* 2. & 3.) Sed ei, cujus hereditati, renuncianti delatæ, renunciatio quondam fuerat facta. Ph. Matth. *d. v.* 1. *conſ.* 21. *n.* 50. & *ſeqq.* Quæ ſucceſſio an à renunciantis deſcendentibus in capita fiat, an in ſtirpes? vid. ap. Gœdd. *d. v.* 1. *conſ.* 28. *n.* 304. & *ſeqq.* Dicendum ſc. quòd, ſi renunciantes ei, cujus hereditati renunciarunt, ſunt in primo gradu conjuncti, ut filiæ, in capita fiat: aliàs in ſtirpes, ſeu de renunciatâ parentis hereditate. §. *cùm filius.* 6. *I. de Hered. quæ ab inteſt. Nov.* 118. *c.* 1. *l.* 3. *C. de ſuis & legit.* Auth. Conſil. Gailii *d. v.* 1. *conſ.* 15. *num.* 8. & 30. ſeu de fratris, quæ ad alterum fratrem pervenerat, agatur, inter renunciantium duarum, e. gr. ſororum, filios & filias: etſi ſoli ſunt. Non obſt. Conſtitutio Imperii Spir. de anno 1529. & quod habet Frantzk. 8. *exerc.* 9. reſp. quia hac in renunciata portione ipſi, non, ut patruo, ſuccedunt, ſed magis matribus, quæ renunciaverant, ex jure in ſe transmiſſo, ideò eas repræſentant, & proprio jure haud veniunt. *d.* §. 6. *J. de her. quæ ab int. d. Nov.* 118. *c.* 1. Etenim Jus hoc, ex pacto reſervativo in genere competens, in renunciantis bonis ſtatim à tempore pacti hujus adjectionis, eſſe cœpit, adeoque ad heredes transmiſſum ab ea fuit. Quemadmodum ſpes obligationis. *d.* §. 4. *J. de V. O.* aut reverſionis dominii. Ut propterea renunciata hæc portio ob incertum conditionis noſtræ exiſtentiæ (quia licet fieri poteſt, ut nunquam exiſtat; fieri tamen etiam poteſt, ut exiſtat. Thom. Michael. *d. vol.* 3. *Conſilior. Klockii* 106. *n.* 23. ubi quòd ab eventu fortunæ majori ex parte pendeat. Kellenb. *d. tr. q.* 20. *n.* 5.) rectè dicitur aliena, uti ſupra *th.* 61. *in fin.* dictum.

An Succeſſio fiat in Stirpes?

Aff. extra primum gradum: *etſi ultimò defuncti maſculi prædefunctarum Sororum filii & filiæ* ſoli extent.

LXV.

Adeoque factâ hâc exiſtentiâ res vel ſecundum conventionem reſtituendæ ſunt, vel ipsô jure redit omne jus renunciatum ad renunciantem, ejusvè heredes, quale fuit ante renunciationem: & redintegratur filiabus jus ſuum, ut vel per viam ſucceſſionis ab inteſtato; vel ſi, in aliqua ſaltem parte legitimæ, inſtitutæ à patre fuerunt, per viam, ejus ſupplementum cum effectu petendi, ad id perveniant. fac. quæ habet Hieron.

Per Exiſtentiam hanc fit Redintegratio juris. Sublatio *omnis interea facta*

Hieron. Gabriel. *d. consil.* 7. *num.* 12. Ut propterea nulla in juris hujus imminutionem facta, renunciante ejusve heredibus invitis, cum aliis inita, conventio. *l. f. C. si contr. jus vel util. publ. arg. l.* 3. *C. de don. quæ sub mod.* nulla dispositio, in agnatos licet, at renunciatione non comprehensos, valeat, *arg. l.* 70. *ff. de R. I.* Marpurg. *d. v.* 1. *cons.* 20. *n.* 42. *& seqq.* cum Carol. Molin. Bets. *d. tr.* Denegationem enim omnis restringendi facultatis operatur Resolutivò-reservativum hoc pactum. *arg. d. l.* 5. *C. de O. & A.* nec non alienandi, seu ex testamento, seu ab intestato. Besold. *Thes. Pract. d. l. vers. quod in tantum.* & Dnn. Antec. *d. p.* 4. *Cons.* 171. *n.* 255. *& seqq.* Auth. *Consil. Gail. & alior. d. p.* 1. *cons.* 15. *n.* 23. ubi *num. seq.* ex Mynf. *Dec.* 10. *cons.* 92. *n.* 25. *& seq.* in simili de feudo. Adeoque & hypothecæ supponendi. Id. *d. l. n.* 45. Id quòd in tantùm verum, ut de hisce ne quidem ad pias causas testari liceat. arg. *c. f. caus.* 17. *q.* 4. nec quoad hæc bona transmissioni ad heredes locus sit. *d. l.* 70. *ff. de R. I.* Kellenb. *d. q.* 18. *n.* 12. Quâ in re sæpiùs masculi agnati, in renunciatione comprehensi, se *decipiunt*, dum studio conservandi nominis & agnationis renunciationem ad alios de agnatione, in pacto renunciationis non comprehensos, per ultimas dispositiones in renunciatarum præjudicium extendunt, eos etiam in his heredes instituendo. Quamvis enim magnus agnationis conservandæ sit favor: adeò ut publicam concernere dicatur utilitatem, per *d. l.* 1. §. *pen. ff. de ventr. inspic.* & per ea, quæ supra *th.* 8. Quamvis item & ultimarum voluntatum, *l.* 1. *C. de SS. Eccl. l.* 16. *C. de fideic.* quæ vim habent Legis. Cravett. *cons.* 1. *n.* 1. cùm publicè expediat, suprema hominum judicia exitum habere. *l.* 5. *ff. quemadm. Test. aper.* & per plura collecta à Barbos. *loc. voc. testamentum. ax.* 1. non tamen tantus, ut ob eundem alicui id, quod suum est, sine facto ipsius, auferri queat. *arg. l.* 11. *ff. de R. I. cap. ex tenore.* 11. *X. de for. compet. cap. nuper.* 6. *X. de donat. int. vir. & uxor.* & per plura collecta ab eod. *voce: Favor. axiom.* 2. Longè magis autem se decipiunt agnati masculi, in tali testamentó instituti, si in *pœnam contraventionis* amissio Legati constituta est: & vi illius, ubi renunciantes aut heredes ejus, quibus Legatum in eo

Restrictionis.

Error *hic* Agnatorum, *ita renunciata sæpe* restringentium.

***Error* Pœnam contraventionis exigentium.**

si contra testamentum ultimi Agnati reversa petunt cognati.

eo relictum, existente conditione nostrâ jus hoc suum persequuntur, & tamen etiam Legatum petunt, eosdem ab hac Legati petitione repellere nituntur. Prohibitio enim illa de facto & præter Leges facta fuit: qualis uti nulla est, sic & contraventio pœnam meretur nullam. *l.* 61. *ff. de V. O. l.* 4. *C. de inut. stip.* Ita cum Bald. Felin. Paul. Castrens. Cuman. respondet Philipp. Matth. *d. V.* 1. *cons. Marp.* 20. *n.* 49. Quamvis enim aliena res licitè, ad Effectum, de quô *in* §. 4. *I. de Legat.* legari potest: non tamen institutionis heredis titulo relinqui potest, quin ei, cujus est, aut cui debetur, repetenti ab herede restituenda sit. *arg. l.* 55. *de R. I.* Est enim hereditas jus defuncti. *l.* 24. *de V. S. l.* 62. *de R. I.* ut sic talis res pro non relicta habeatur. cum Dd. comm. Phil. Matth. *d. l. n.* 45.

Effectus Consecutivus, *quòd* 1. *Pactum* Reservativum *non sit* bonis moribus *contrarium,* 2. *Resolutione ita facta hæc bona renunciata nõ pertinent ad ultimo defuncti* Inventarium. Legata *si sine renuncianti, non subsint* Falcidiæ &c. Eorum tn. ex simplici contractu debitorum, dominium *ex legato* transit.

LXVI.

Consequens his omnibus est, quòd 1. quia ex contractu innominato venit renunciata restituendi necessitas, pactum hoc reservativum non repugnet bonis moribus & legibus, quæ aliàs pactis de futura successione objiciuntur, collectis à Thom. Campeg. *tr. de reservatione regressuum. n.* 2. nisi ob suspicionem voti captandæ mortis quis dotis dationem, eand. sub lege soluto matrimonio restituendi, contra *l. un.* §. 13. *C. de R. V. A.* & ususfructûs constitutionem & alia similia, improbare vellet. Confer. Joh. Dauth. *tr. de testam. tit. de mut. testam. potest. num.* 105. *& seqq.* ubi multa de pacto hoc hereditatis conservativo. Quòd 2. si ipsa renuncians, aut ejus heres, ab ultimo defuncto agnato heres institutus esset, & cum beneficio *Inventarii* hereditatem hanc adiisset, portio hæc renunciata ad Inventarium non pertineret, nec creditoribus ex eâ satisfacere teneretur. Scil. quia æs alienum. Vid. *Tract. var. Auth. de Benef. Inventar. q.* 264. *&* 269. si verò eadem per Legatum aut Fideicommissum relicta eidem esset, nec *Falcidia*, nec *Trebellianica* inde deduci posset, *arg. l.* 1. §. 10. *ff. ad L. Falcid. l.* 2. *ff. de dote præleg.* Vinn. *& Dd. ad* §. 14. *I. de legat.* Ubi hoc benè notandum venit, quòd, si per conventionem saltem simplicem facta fuisset reservatio, sine pacto resolutivo, tunc rerum, in specie ad hanc renunciatam portionem pertinentium, dominium transiret in Legatarium hunc, ipso jure, mediante

diante modo hoc acquirendi Juris Civilis, qui Legatum dicitur. *arg. l. 80. de leg. 2. l. 64. ff. de furtis.* Fluit & 3. ex dictis, quod si à renunciationem ita recipiente, aut heredibus ejus, prædia, ad portionem ita renunciatam pertinentia, pendente conditione nostra, fuerint alienata, ea existente, alienatio annulletur, *arg. l. 41. ff. de R. Vind. l. f. ff. de Leg. Comm.* & in irritum revocetur, Dnn. Antecess. *d. p. 4. consil. 171. numer.* 258.

3. **Alienatio** *interim facta* **annullatur**
Repetentes **Collationi** *dotis receptæ sunt* **Subjecti**


LXVII.

Renunciata autem dum repetunt renuncians aut heredes, ad portionem æqualem quidem fratrum singulorum, quorum in gratiam renunciatio facta fuerat, portioni agunt, & ea etiam restituenda ipsis est; sed tamen deductis iis, quæ *conferre* tenentur: dote nempe, quam, & alia talia, renuncians accepit ab eo, cujus hereditati renunciatio fuerat facta. Besold. *in Delib. ex d. lib. 2. ff. qu. 19. sub princ.* Kellenbenz. *d. tr. quæst. 33. num. 43. junct. num. praced.* Heeser. *d. tr. num.* 180. ubi, quod dos sit conferenda in casu, quo soror cum defuncti fratris filiabus succedit. Et *num.* 188. *& seqq.* Add. Salgad. de Somoz. *d. labyr. deb. p. 2. c. 25. n.* 15. Ut autem sciant renuncians, aut heredes maxime ejus, quibus renunciatum sit hereditatibus, quæve tunc repetendæ veniant, præprimis *Instrumentum renunciationis* inspiciendum est. Et de quo id non cantat, de eo nec alii debent. Idem Klock. *vot. Cam. rel. 29. num.* 28.

LXVIII.

Praxis *Investigationis.*

Cum autem ea, quæ oculos incurrunt, animo & memoriæ felicius se insinuent, inhæreantque tenacius, *Praxin* hujus investigationis sequenti *Tabella* exhibemus.



Ultimus agnatorum, qui moriens ex præmortuo filio heredem relinquit ex aſſe, neptem unicam, Viceſimam primam.

Scil. Conjuges illi, nomine *Primus* & *Secunda*, ſex habent liberos, duos filios, nempe: *Tertium* & *Quartum*: & quatuor filias, nempe: *Quintam*, *Sextam*, *Septimam*, & *Octavam*. Ex filiabus iſtis tres elocant in matrimonium, nempe *Sextam*, *Septimam* & *Octavam*, & dote &c. cuilibet data 3000. Imperialium, renunciationem modificatam ab iis recipit Pater, paternæ, maternæ, ſororum & fratrum hereditatum. Moritur dehinc inteſtatò

tò Pater, *Primus*, in bonis, præter dotes & alia, matrimonii causa, elocatis data, æstimatis relinquens summam Imperialium 36000. Atque sic cujuslibet è superstitibus liberis hereditaria portio est 6000. Imperialium. Renunciatarum ergo trium, nempe *Sextæ*, *Septimæ* & *Octavæ* summa paternæ hereditatis hujus ex jure cessionis ad fratres, *Tertium* & *quartum*, perveniens, est Imperialium 18000.

Moritur post & Mater *Secunda*, superstitibus pariter omnibus sex liberis, cujus hereditate, (quæ est 24000. Imperial.) divisa in sex partes, cuilibet ex liberis his cesserunt 4000. Imperiales.

Adeoque ab iisdem renunciantibus conjunctim ad eosdem fratres hoc nomine venerunt in summa 12000.

Matrem insequitur fato renunciantium illa, quæ vocatur *Sexta*, cui & Patris & Matris, præterea autem nulla ex renunciatis, hereditas delata fuerat, sed reliquit filium, nomine *Decimum*, in quem jus reservatum transmisit renunciatæ paternæ & maternæ.

Sequitur & renunciantium ea, cujus nomen est *Septima*, relictis, ex prædefuncto filio *Undecimo*, nepotibus duobus, nempe *Decimo quarto* & *Decimo quinto*.

Hanc porro insequitur suo fato, innupta quæ semper mansit, conjugum illorum filia, nomine *Quinta*: cujus hereditas (non connumeratis tamen ex jure collationis, existente aliquando conditione nostra, à nuptis earumve heredibus, ipsi, aut heredibus ejus, debitis) est Imperialium 8000.

Quæ divisa inter superstites, duos fratres, *Tertium* & *Quartum*, nec non prædefunctæ Sororis *Sextæ* filium, nempe *Decimum*, & sororem *Octavam*, cuilib. & sic sorori etiam *Octavæ*, portionem hereditariam, sed renunciatam, dedit Imperialium 2000.

Filius enim prædefunctæ sororis ejus *Sextæ*, quia matri viventi *Sextæ* non fuerat delata *Quintæ* hujus hereditas renunciata, cum matris *Sextæ* defunctæ fratribus & sorore *Octavâ* ab intestato admittitur, *per th.* 33.

Nepotes econtra *Septimæ*, nempe *Decimus quartus* & *Decimus*

cimus quintus, ne quidem renunciatione non facta admitterentur; quia jure communi à proximioribus istis excluduntur.

Post hos omnes decedit ἄπαις *Quartus*, relictis jure communi ab intestato heredibus, fratre *Tertio*, sororis *Sextæ* superstite filio *Decimo* & sorore *Octava*. Ejus vero hereditas (in quam tamen non computanda est renunciatorum à tribus sororibus paternorum, np. 18000. Imperialium dimidia, quæ ei obvenerat, pars: quippe hæc fideicommissi jure ad Fratrem *Tertium* & ejus masculos descendentes transit, juxta *th.* 59.) quia est 12000. Imperialium, cuilibet ex his tribus, adeoque & sorori *Octavæ*, sed iterum renunciatam, portionem dedit Imperialium 4000.

Ut sic *Tertius* jure renunciationis in summa in patrimonio suo, existente conditione pacti nostri reservativi, renunciantibus, aut earundem heredibus, restituendos ex nunc possideat Imperial. 36000.

Diem tandem & *Tertius* hic obit, relicto filio *Nono* ex asse herede, in quem, cum omni suo patrimonio, etiam hos 36000. Imperiales transmisit.

Hic ipse generat filium, nomine *Decimum tertium*, qui & ipse stirpem masculinam per *Decimum septimum* propagare sperat; verum, turbato mortalitatis ordine, hic ipse patrem hunc suum, np. *Decimum tertium*, fato prævertit, relicta non, nisi filia, np. *Vigesima prima*.

Ultimus ergò masculorum descendentium, agnatorum ipsius *Primi*, nempe *Decimus tertius*, annis bene obsitus, decedit tandem, superstitibus, ex *Primi*, qui renunciationes receperat, descendentibus. 1. Nepte illa sua unica, in linea recta. In collateralibus vero 2. ipso *Decimo*, sibi juncto cognationis gradu quinto. 3. *Decimo quarto* & *Decimo quinto*, in gradu sexto: Et tandem *Decimo octavo*, *Decimo nono*, & *Vicesimo*, in gradu septimo.

Lis jam de ejus hereditate oritur inter has personas, relictam scil. ejus neptem unicam, *Vicesimam primam*, cæteros cognatos, utpote ejusdem collaterales, repellere annitentem. Quæstio insuper: *Quantum trium illarum linearum cognati con-*

conferre teneantur nepti illi: aut quomodo collationis ratio ineunda?

Dictum jam, quod Renunciantes illæ tres, nempe nomine *Sexta*, *Septima* & *Octava* singulæ, dotis & matrimonii nomine, acceperant 3000. Imperiales. Quos, quia tempore delatarum divisarumque hereditatum, paternæ, maternæ, sororis: quin & fratris *Quarti*, propter incertitudinem existentiæ nostræ actualiter in communem massam non contulerant, nunc, dum reservatarum hereditatum restitutionem petunt, conferre necesse habent.

Itaque in communem hereditariam massam, in sex partes inter sex illos *Primi* & *Secundæ* liberos, aut, nunc eos repræsentantes, heredes, dividendam, singularum illarum renunciantium heredes inferunt conjunctim in summa Imperiales 9000.

Hæc, in sex ita divisa partes, cujuslibet ex sex istis liberis, & sic etiam renunciantis cujuslibet, portionem hereditariam collatorum facit Imperial. 1500.

Decimus itaque, *Sextæ* filius, suos 3000. Imperiales in communem massam ita infert, ut

1. Retineat suæ matris hereditariam portionem. scil. 1500.
2. Deducat propter *Quintæ*, (etenim cuilibet ex tribus illis liberis, qui dotis nomine nihil acceperant, np. *Quintæ*, *Quarto* & *Tertio*, de reliquis, collationis jure debitis, 1500. Imperialibus debet 500. Imperiales) eid. & heredibus ejus quos mater debuit, Imperiales 500. partem hereditariam quartam: quia heres ejus *Decimus* hic ex ista portione fuit. Adeoque Imperiales 125.
3. Deducat & propter *Quarti*, cujus debitor itidem mater ipsius ex jure Collationis fuit in 500. Imper. sed ipse simul heres ejus ex tertia, præter crucig. 60. Imperiales 166.

Eorum ergo, quorum nomine ex renunciatis illor. 6000. Imperialium nullam patitur *Decimus* hic detractionem, Summa est 1791. 60.

Neptis ergo de restituendis renunciatis illorum 6000. Imper. collationis nomine, huic *Decimo* deducit tantum 1208. 30.

Atque sic *Decimus* contulit suos conferendos 3000.

Jam quod concernit *Decimum quartum* & *Decimum quintum*, ex conferendis illis 9000. Imperialibus deducunt illi pariter Aviæ *Septimæ* portionem hereditariam, nempe 1500.

Quia vero nec ex *Quintæ*, nec *Quarti* hereditate quid ad eos, ut dictum, delatum fuit, patiuntur deductionem de renunciatis restituendis 1500,

Atque sic & hujus debiti collatio facta est, Imperialium sc. 3000.

Tandem *Decimus octavus*, *Decimus nonus* & *Vicesimus* illos à Proavia *Octava* acceptos, dotis nomine, &c. 3000. Imper. ita conferunt, ut & ipsi

1. Proaviæ ex 9000. illis hereditariam portionem retineant, quæ, ut calculus tulit, est 1500.
2. Deducunt & propter hereditatem *Quintæ*, cujus Proavia illa eod. nomine debitrix fuit, itidem in 500. Imperiales, sed tamen & una heres ex quarta, quartam partem, nempe 125.
3. Deducunt & propter *Quarti*, cujus itidem debitrix in 500. Imper. dotis nomine fuit, sed tamen & ejus heres una ex tertia parte, hanc ipsam, quæ facit, præter crucig. 60. Imper. 166. 60.

Atque sic in summa non patiuntur ex renunciatis, ipsis restituendis, deductionem, quoad 1791. 60.

Bene v. patiuntur propter reliquos ex 3000. illis adhuc debitos, Imperiales. 1208. 30.

Ut ita collati rectè sint & horum conferendi Imper. 3000.

Atque hac ratione tota illa summa à tribus Renunciantibus conjunctim hoc nomine, dotis scil. &c. acceptorum, nempe 9000. Imperialium, recte collata est.

Etenim, ut monstravimus, retinent, nec realiter, collationis jure debitos, inferunt

Decimus	1791. Imp.	60. Crucig.
Decimus quartus & *Decimus quintus*	1500.	
Decimus octavus, *Decimus nonus* & *Vicesimus*	1791.	60.
In Summa Imperiales	5083.	30. Crucig.

Econ-

Econtra ex restituendis renunciatis paternis, in summa quæ fuerunt 18000. Imperiales (quia de conferendis illis 9000. Imperalib. deductis his retentis 5083. Imperialib. & 30. Crucig. ad complendam summam illorum 9000. Imperialium adhuc desunt 3916. Imperiales cum 60. Cruzigeris;) *Neptis* illa retinet, ut pariter ostensum, nempe ex

Decimi portione	1208. Imper.	& 30. Crucig.
Decimi quarti & *Decimi quinti*.	1500.	
Decimi octavi, *Decimi noni* & *Vicesimi*	1208.	30.
Quæ in summa efficiunt	3916.	60.
Hæ duæ vero summæ reddunt	9000.	

Probatio v. descendentiæ ab eo, cujus hereditati renunciatum, cùm sit necessaria, difficultas ejus præcaveri poterit observatione moniti, *in Disputation. de Different. agnat. & cognat. th.* 40. *An.* 1673. *habita* à gentis suæ, nunc extinctæ, ultimo: Sed & non parum eid. medentur Tabulæ Genealogicæ Albicii, Rittershusii, Du May, Speneri, aliorum: difficultati v. ex incertitudine objecti *Transactiones*, pacis amantium Amicorum interventu tentandæ, ob urgentes, quas proponit rationes Dn. Ziegleri *in tract. de judic. offic. & delict. concl.* 22.

Probatio *necessaria, &* incertitudo *objecti suadent* Trãsactiones.

Addimus dictis, quòd, si frater *consanguineus*, in cujus favorem à sorore consanguinea Patri paternæ renunciatio talis facta fuerat, sine masculis decedit, relictis tantùm sororibus consanguineis & fratribus ac sororibus uterinis, aut eorum liberis, ab Hereditate ejus, quæ inter hosce in viriles aliàs dividenda, per *Nov.* 118. *c.* 3. separanda sunt hæc renunciata paterna, ad consanguineam renunciantem, aut ejus heredes quoscunque, ex pacto renunciationis pertinentia, à cæteris defuncti bonis, hæcque post *sec. d. Nov.* inter ipsam renunciantem, & modò dictas personas, aut earum liberos, sunt dividenda. Besold. *p.* 2. *cons.* 22. *num.* 1. *cum Grasso lib. sent.* §. *successio ab intestato. q.* 15.

Additio *de* Renunciatione consanguineo *facta, eo decedente relictis* Sororibus consanguineis ac Fratrib⁹ uterinis. *Ob Restitutionis Obligationem eandem recipientes tenentur*

LXIX.

Cùm ergo, conditione nostra existente, de universitate bonorum, sæpe non unius defuncti patrimonii, renuncianti, ejusve

ejusve heredibus debita portione agendum ſit, diſpiciendum ante omnia erit: an certitudo rerum reſtituendarum per *Inventarium adſit*; an ſecuritas de reſtituendis per *Cautionem*; an & rerum, maximè tempore mortis ejus, cujus hereditati renunciatum fuit, quæ extiterunt, fungibilium, aliarumque mobilium, quæ uſu & tempore deteruntur, *arg. l. 10. pr. ff. de jur. dot. Æſtimatio* tùm fuerit facta. Etenim non dubitandum eſt, quòd is, in cujus gratiam Renunciatio talis facta, teneatur 1. ad *Inventarium*: ob incertum maximè conditionis noſtræ eventum, cujus Exiſtentia non rarò poſt integra ſecula contingere ſolet: ut inter alias rationes & ob hanc Franc. Husmann. *in diſp. de Renunc.* non auſus fuerit renunciationem talem, quæ pactum reſervatorium, maſculis quandocunque deficientibus, haberet, admittere: ſcil. ob inde reſultantem liquidationis impoſſibilitatem: cujus tamen rationibus ſatisfecit Kellenb. *d. tract. q. 20. num. 3. & ſeqq.* Ne itaque renuncians, aut heredes ejus, facile vel ipſo temporis lapſu defraudentur jure ſuo & rebus, ad renunciatam hereditatem pertinentibus, uti Fiduciarius heres Inventarium conficere; imò de Fideicommiſſo præſtando cavere, tenetur Fideicommiſſario, cum Peregrin. *de Fideic. art.* 40. *n.* 10. Franc. Vivio *in commun. opin. voc. heres extraneus.* Richter. Dec. 58. *num.* 4. Heeſer. *de ration. redd. loc.* 6. *num.* 124. ſcil. ut appareat, an aliqua bona ſint deteriorata, culpa vel dolo, cum Bald. Joſ. Ludov. Munnoz. de Eſcobar. *tr. de Ratioc. admin. c.* 9. *num.* 6. Sic & hic ipſe, in cujus gratiam Renunciatio facta, Renunciatam hereditatem recipiens: *arg. l.* 1. §. 26. *ff. de Vent. in poſſ. mit. arg. l.* 7. *& ibi Gloſſ. in verb. deſcriptio. C. de Bon. proſcript.* cum Capell. Tholoſ. Guid. Pinel. Kellenb. *d. tr. q.* 23. *num.* 25. Qua in re nec æquitati, nec juri, nec etiam Civilitati, conveniens eſt indignatio ſuper petitione Inventarii talis confectionis: cùm non propterea in dubium vocetur fides Illuſtrium Nobiliumque perſonarum, conjunctarum maximè: ſed, ne in caſum, non rarò ultra hominum memoriam contingentem, exiſtentiæ conditionis noſtræ probatio reſtituendorum deſit, amovendæ, metuendæ aliàs, diſcordiæ ergo, rectiſſimè & æquiſſimè id petitur. Kellenb. *d. l.*

ad Inventarium.

Cur?

Certè

Certè detrectatio ejusdem plus habet injuriæ, quàm ejus exactio: ob id, ne malitiis indulgeatur, non attendenda. *arg. l. 38. ff. de R. V. arg. l. fin. §. ult. C. arb. tut. l. 7. pr. ff. de adm. tut.* Idem Kellenb. *d. l.* præ primis, quòd non *solenne* hic requiratur Inventarium, sed aliàs consignatio sufficiat talis, ex qua de quantitate & qualitate rerum hereditariarum constare queat. Post Paul. Castrens. Mantic. Anton. Fabrum, item Carpzov. *l. F. p. 3. const. 8. def. 39. n. 5. & seq.* Knipsch. *d. tr. de Fideic. Fam. Nobil. cap. 12. n. 12.* Heeser. *d. l. n.* 127. Fuchs. *tr. de inventar. c. 3. n.* 81. Officio ergò judicis ad Inventarii confectionem & exhibitionem cogi poterit is, ad quem renunciata ita hereditas devoluta. Kellenb. *d. q.* 23. *num. penult.* qui *num. seq.* id sumptibus Renunciantis, aut si tempore renunciationis petita non fuerit, heredum ejus, petendum statuit. *arg. l. fin. §. in computatione. C. de Jur. delib. l. 1. §. officio tutor. ff. de tut. & ration. distrah. l. 35. de administ. tut.* Kellenb. *d. l. in fin.* Quod quidem cum Knipschild. *d. c.* 12. *num.* 17. limitandum arbitramur, si justa causa subsit, eum à confectione excusans, e. g. Remissio facta ab eo, cujus hereditas renunciata ad quem pervenit; ad id enim nihilominus teneri, si expensis suis, probationis ergo, in casum existentiæ nostræ, is, cujus interest, petat, cum Castrens. Plut. Fusar. Guid. Pap. statuit.

Non Solenne *tamen.*

Cujus Sumptibus?

LXX.

Sed quid: *si tempore existentiæ nostræ nullum adest Inventarium*; forsan quòd nullum unquam confectum fuerit, cùm Renunciantes, sæpenumero exiguam regressûs spem habentes, ubi numerosa maximè eorum, in quorum gratiam fit Renunciatio, est multitudo, id exigere negligunt: aut quia metuunt fratrum, ob id indignantium, iram & potentiam: *Quid tunc faciendum?* pœnas exigere velle eas, quæ in unum & alterum, ad Inventarii confectionem jure obligatum, qui id neglexit: (quomodo ad id obstrictus est Heres sub pœna amissionis beneficii inventarii. §. 5. *I. de Her. Qualit. & differ. l. fin. §.* 14. *C. de Jur. delib.* Tutor sub pœna remotionis ab officio, & aliis legitimis pœnis. *l. fin. C. arbitr. tut.* scilicet gravio-

Quid si tempore Existentiæ hujus nullum adest;

An hic Pœna non confecti?

graviotis ; ut Goth. *ibid.* vocem *legitimis.* explicat : animadversionis, juxta *l.* 1. §. 7. *ff. de Off. Præf. Urb. l.* 3. §. 15. *de susp. tutor.* vinculorum. Wurmser. 1. *obs. pract.* 38. *num.* 8. modò tamen humilis sit conditionis : ut ibidem limitat Goth. sub pœna item præstandi omne interesse, juramento in litem æstimandum. *d. l.* 7. *pr.*) stricta pœnalium constitutionum natura, cùm ll. & moribus hìc destituamur. *Novell.* 18. *c.* 5. non admittit ; contenti enim esse debemus pœnis legum comprehensis, inquit Pomponius *in l.* 19. *ff. de V. O.* Magnaque diversitas est, inter tutorem & nostrum conventionalem heredem qui dominus renunciatorum est. Knipsch. *d. l. n.* 17. *& seq.* Quamquam si existentia nostra haud diu à morte ejus, cujus hereditas renunciata, contingit, ut sic potis sit, Inventarium adhuc conficere & exhibere : aut aliàs etiam, nondum existente conditione nostra, subtractionis aut disputationis metus est, ad instantiam renunciantis, aut heredum ejus, Judex ex officio benè potest id injungere & contra contumacem juramento in litem locum dare. *per l.* 2. *ff. de in lit. jur.* cum Molina *de primogen. Hispan. lib.* 1. *c.* 28. *n.* 10. Knipsch. *d. l. num.* 20. Kellenb. *d. tr. qu.* 23. *num.* 18. Quod si autem res aliter se habet, & hi ad restitutionem obligati notitiam habere nequeunt, destituti repertorio, tunc, cùm aliter non possit consuli renunciantis heredibus, quàm ut, ad restitutionem obligati, specificationem, pro ratione notitiæ comprehensam, credulitatis juramento (quod negativum hìc est : ita enim in affirmativum & negativum dividitur. B. Lauterb. *de juram. credul. th.* 27. *num.* 4.) obsignent, ad hoc, quòd nihil ampliùs sciant, nec credant, plus in renunciata fuisse : exemplo eorum, quæ de juramento inventarii heredis defuncti ab ejus herede præstando, contra Modest. Pist. Schult. Carpz. disputat Brunnemann. *ad d. l. fin.* §. 10. *C. de Jur. delib.* ubi in Facultate sua Juridica aliter etiam non pronunciari, refert : additque, creditores contrarium docere paratos, audiendos esse. Quo in puncto Inventarii prolixiores esse voluimus, quòd nostræ conditionis Existentia in eo ambiguas sæpe reddat partes.

Quid si restituendorum nulla est notitia ?

LXXI.

LXXI.

Uti ergo heredes noſtri Regredientes tempeſtivè de Inventariis debent eſſe ſoliciti ; ita pariter eorum intereſt, inquirere : annon inſtrumentum præſtitæ quondam *Cautionis* adſit, ut, in caſu factæ rerum fungibilium conſumptionis aliarumque mobilium, quæ ipſo uſu intereà perierunt, aut alienationis immobilium : (maximè ſi renunciatio non facta ſub pacto reſolutivo, & ubi ultimò defunctus maſculus nullos, ob inopiam, habet heredes, aut tales cum beneficio inventarii:) ex eo de fidejuſſoribus, quondam de reſtituendis, in caſum exiſtentiæ noſtræ, bonis renunciatis acceptis, ſeſe informare queant. Etenim quòd ii, ad quos Renunciata ita hereditas pervenit, cavere teneantur, & fidejuſſoribus quidem idoneis, cum Kellenb. *q.* 23. *num.* 16. *& ſeqq.* non dubitat Knipſch. *d. c.* 12. *num.* 25. *& ſeqq.* Qui cum latè hoc punctum ibidem pertractet, ſufficere poterit eum hîc loci citaſſe. Unicum tamen ex eo addimus, ex *num.* 41. *& ſeqq.* quòd fideicommiſſum inſtituentis liberos primi gradus ab hoc ſatisdationis onere immunes ex *l. 6. pr. &* §. 1. *C. ad SCt. Trebell.* pronunciet cum Bart. & Bald. Caſtr. Corn. Jaſon. Tuſch. Molina, & Dd. communiter.

Item tenentur ad Cautionem.

De hac remiſſive:

LXXII.

Cæterùm cùm rerum fungibilium incerta, pro temporum conditione, (ſiquidem pretia rerum varia. §. 33. *J. de action. l. 63. ad L. Falcid. l. 3. l. 4. ff. de eo, quod cert. loc.*) ſit *Æſtimatio*, earundem æſtimatio tempore exiſtentiæ noſtræ conditionis erit præſtanda, ſi tempore ſuſceptionis Renunciatæ hereditatis ita fuerit cautum, quod in ſimilibus fieri ſolet. *l. 7. ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum.* & utilius eſt. Kellenb. *d. tr. q.* 20. *n.* 10. vel propter hoc, quòd diſputari poſſit : an res, quæ reſtituitur, ſit ejusdem qualitatis. Brunn. *ad. d. l.* 7. *num.* 1. Ubi v. renunciatio non habet adjectum pactum Reſolutivo-Reſervativum, longè meliùs fuerit, ſi *venditionis gratiâ* quondam æſtimatio facta rerum non fungibilium, maximè immobilium, propter ingentes lites, quæ

Utiliter Æſtimatio *fit tempore renunciationis talis.*

De Retentionis *exceptione* ob expenſas.

(sæpè perfrivolè) oriuntur ex capite prædiorum restituendorum *Retentionis*, *ob expensas factas & meliorationes*. Quæ ipsa exceptio sæpe spem & vota Regredientium heredum diu moratur, exemplo fideicommissariorum, de quo cum Peregrin. *tr. de fideicom. art.* 5. *n.* 8. Besold. *p.* 1. *consil.* 133. *n.* 102. Knipsch. *d. tr. cap.* 12. *à n.* 81. latissimè tractat.

Consideratur & Existentia nostra VI. *in puncto* INTERPRETATIONIS.

LXXIII.

Et hæc de Effectu hujus existentiæ aut ejus potiùs consequentibus, adduxisse sufficiat. Cæterùm cùm non raro æquivoca in instrumentis renunciationum reperiantur vocabula; aut aliàs obscura, ut interpretatione, æquitati & legibus conformi, opus sit, nunc de Renunciationum talium modificatarum INTERPRETATIONE paucis agendum est.

In genere uti Conditione Pendente *debet esse pro* Agnatis *favorabilis.*

Ubi, uti *in Genere* de *conditione adhuc pendente* dicendum, quòd ejus interpretatio *pro masculis* favorabiliter sit facienda, adeò, ut, si in renunciatione verbum: *Heredis: Erben oder Ehelich gebohrne Leibs-Erben:* positum inveniatur, neutiquam ad fœminas interpretando id trahendum sit, sed ad masculos restringendum: cùm natura hujus conventionis, locorum consuetudines, mens disponentium & materia substrata id satis evincant. Kellenb. *q.* 39. *num.* 3. 10. *Favorabiles* judicantur renunciationes, quoniam introductæ sunt, ut bona in familia maneant; merentur ergo eum favorem, quem meretur familiarum splendor & dignitas. Honded. *V.* 1. *p.* 3. *consil.* 29. *num.* 95. Bald. *cons.* 32. *num.* 7. Besold. *v.* 5. *cons.* 243. *num.* 22. Et ideò, extantibus masculis, *amplianda*, ut appellatione filiorum etiam nepotes veniant. Heeser. *de acquest. Conjug. loc.* 20. *num.* 4. 7. Gail. *d.* 2. *Obs.* 148. *n.* 6. Matth. Wesenbec. *cons.* 1. *num.* 65. Muscul. *de Success. conv. membr.* 2. *class.* 1. *num.* 188. Breul. *de Renunc. c.* 5. *num.* 3. Bets. *d. tract.* Dissentit Mynsing. *Resp.* 10. *numer.* 76. contendens, statutum non posse esse partim favorabile, partim odiosum; sed, quin hoc diverso respectu esse possit, nil obstat. Muscul. *d. tr. num.* 108.

LXXIV.

LXXIV.

Ita in *Genere* interpretatio *Conditionis existentis* cum pacto reservativo facienda est, quòd sit stricti juris, respectu masculorum. Kellenb. *quæst.* 18. *num.* 6 Nam cùm Renunciationes filiarum non sint verisimiles: quia nemo præsumitur in dubio juri suo renunciasse: ideò arctioribus probationibus ostendendæ ac docendæ sunt, ut Heeser. ex Joseph. Mascard. *de Prob. concl.* 1263. In istis etiam casibus sunt strictissimi juris, nec ultra casum expressum extendendæ. Vid. Gail. *lib.* 2. *observ.* 140. *n.* 11. *& seqq.* Kellenb. *qu.* 7. *n.* 14. Wesenbec. *consil.* 74. *num.* 51. 36. *p.* 2. aut ad ea, quæ verisimilitudini repugnant. Gail. 2. *O.* 77. *num.* 5. & propterea contra eas in dubio judicandum, ex communi Dd. sententia, ut tradit cum Calder. & Tiber. Decian. Phil. Matth. *d. v.* 1. *conf.* 20. *num.* 36. Certè ita interpretandæ, ut quàm minùs fieri possit, puellæ lædantur. Kellenb. *qu.* 26. *num.* 7. *Q.* 31. *num.* 17. *qu.* 32. *num.* 9. ut quantùm possibile, minùs præjudicent. Petr. Benint. *decad.* 72. *num.* 5. ac ad æquitatem reducantur. Cum Bald. Men. aliis Bets. *d. tract. de pact. Illustr. famil. cap.* 7. Favor familiæ cum mortuis interit; hinc ea accipienda interpretatio, quæ odium excludit; non enim cogitandum est, quòd filia sibi suisque in tali casu alienam posteritatem in successione paterna præferri voluerit. *l.* 30. *C. de Fideic.* Muscul. *d. tr. num.* 108. Paucis: nec de una re ad aliam, nec de una persona ad aliam, extendendæ sunt renunciationes. Phanuc, de Phanuc. *tr. de Invent. her. num.* 237. Et hæc, etiamsi ample facta sit renunciatio. P. Æmil Gall. *d. l. except.* 1. *num.* 50. Hodiern. *ad l. hac edictali. d. q.* 11. *n.* 95. 104. *& seqq.*

Sic ea **Existente contra eos** *stricta.*

LXXV.

Scil. Interpretatio pacti nostri *non ultra Personas*, tam verisimiliter cogitatas, quam nominatim expressas, est extendenda: maxime quando de præjudicio tertii agitur. nam limitata causa limitatum producit effectum. *arg. l.* 4. *ff. locat. l.* 69. *ff. de condit. & demonstr.* Kellenb. *qu.* 39. *n.* 13. & ibi alleg. Menoch. *conf.* 93. *num.* 5. Wesenbec. *conf.* 51. *num.* 5. Hinc ad filias ejus, cui renunciatum, non potest Renunciatio, etsi ejus verba generalia essent, extendi. Cravett. *consil.* 42. *num.* 2. ob præsumtam Re-

Non ultra Personas extendenda.

nunciantis mentem; & quia, si interrogati fuissent contrahentes, aliter non respondissent. Besold. *vol.* 5. *consil.* 221. *num.* 28. *& seqq. maxime num.* 39. Cum Renuncians indifferenter se suosque filios, ad conservandum familiæ splendorem, hac sua portione privarit, nullus, vel communi sensu præditus, reputare vel prætendere potest, illam, fratris v. gr. filiam in consideratione habuisse, ut ad eam quidquam de sua portione ullo in casu perveniret. ut alibi loquitur Besold. Add. & quod habet *in thes. pract. d. voc. vers. qui decidit.* Althus. dicæol. *l.* 2. *c.* 3. *num.* 38.

LXXVI.

Pro Renunciantibus & Heredibus *Favorabilis.*

Sicut autem Renunciationes filiabus sunt valde odiosæ: Heeser. *loc.* 20. *num.* 2. *de acquest. conjug.* ut propterea in dubio contra Renunciationem judicandum sit, ex communi Dd. sententia. Philip. Matth. *vol.* 1. *Marp. Consil.* 20. *num.* 36. Sic pactum reservativum fæmellis est maximè favorabile. Breul. *d. tract.* Hoc enim istas ad jus commune naturæ, gentium & civile, quod liberos æqualiter ad successiones paternas admittit, reducit; ejusmodi reductiones verò sunt maximè favorabiles. Paris. *cons.* 12. *num.* 12. *vol.* 1. Kellenb. *quæst.* 39. *n.* 18. & familiæ favorem restringere potiùs, quàm ampliare debent. Ph. Matth. *d. l. num.* 48. Masculis igitur deficientibus interpretatio fit pro filia renunciante: quòd in casu, factæ patri renunciationis, pro se & heredibus, extantibus masculis & filiabus, non est cogitandum, ipsam, ut dictum, alienam à causa renunciationis posteritatem in successione paterna sibi suisque heredibus præferre voluisse. *arg. d. l.* 30. *C. de Fideic.* Kellenb. *d. l.* Et in simili cum P. Castr. Cravett. Richter. 6. *cons.* 3. *num.* 24.

LXXVII.

Odiosa recipientibus.

E contra, sicut renunciatio *Agnatis* maxime est favorabilis; sic pactum reservativum istis odiosum esse, nullum est dubium, cum hereditas renunciata, quæ alias ad filias ipsorum transmitteretur, aut dispositioni testamentariæ subjecta esset, ad renunciantes revertatur. *Es ist in keinem vveg zu glauben, daß eine Schvvester ihr, allbereit angefallene, Vätterliche*

und

und Mütterliche ansehnliche Erbschafft einem Bruder dergestalt einraumen vverde, daß er darvon, ihr zum Nachtheil, einem andern etvvas außmachen dœrffe. Hæc enim Renunciationum indoles, quod strictissimæ sint Interpretationis. per collecta Barbos. *loc. voc. renunciatio. ax.* 5. & à repudiatione longe discrepat. Besold. *vol.* 2. *conf.* 22. *num.* 8. *& seq.* Vid. supra *th.* 4.

LXXVIII.

Tandem consideranda venit Existentia & VII. in CONTRARIIS. Non impedientibus pactum reservativum.

Tandem ad *Contraria* nonnulla, quorum unum maxime frequentissime negotia, & familiis & judiciis, facessit, deveniendum est. Existentiæ pacti reservativi in genere officiunt, quæcunque ipsius etiam Essentiæ. Huic autem contrariantur, quæ & ipsam Renunciationem non admittunt. nam non valente Renunciatione: de quo vid. P. Æmil. Gall. *d. l. except.* 5. per necessariam consequentiam etiam pactum reservativum subjecto carere haud potest. De quibus hactenus sparsim actum est. Verum cum nos Renunciationem firmam præsupponamus, de his non sumus hoc in loco soliciti.

LXXIX.

Sed existentiæ conditionis ejus Vim. An tale sit Præscriptio?

Existentiam conditionis pacti nostri reservativi inanem reddere videtur *Præscriptio:* ut ita à multis contenditur, per *l.* 3. 4. *C. de Præscript.* 30. *vel* 40. *ann.* cum sæpe tempus immemoriale currat, & aliquot centum annorum pendeat spatium, antequam existat: Quæritur hinc: *an non terminus positus aut ponendus pendentiæ hujus juris?* Sed temporis exceptio, imo maximum annorum intervallum, hic non obstat: cum ex conventione & pacto primævo, in id expresse inito, agatur, & Renuncians interea non potuerit agere: verum agere non valenti, aut si, cum agere vellet, repelleretur, Honded. *conf.* 29. *num.* 62. *& seq.* nulla currit præscriptio, nec opponitur exceptio. *l.* 1. *in f. C. de annal. Except. l.* 1. *in fin. C. de Bon. matern. ex l.* 7. §. 4. *C. de Præscript.* 30. *vel* 40. *ann. l.* 30. *vers. omnis a. C. de jur. dot.* Paris. *vol.* 1. *conf.* 101. *num.* 92. Petrus Matth. *d. v.* 1. *consil.* 21. *num.* 58. *& seqq.* Kellenb. *d. l. q.* 20. *num.* 17. Add. Gœdd. *v.* 1. *consil.* 27. *num.* 218. *& seqq.* Est enim impedimentum hoc juris: quod alias intrinsecum vocant.

cant. Sfort. Odd. *tr. de restit. p.* 1. *q.* 5. Brunn. *ad l.* 1. *C. de ann. exc.* Thom. Michael. *d. vol.* 3. *Consilior. Klockii* 106. *n.* 63. Quandocunque igitur extiterit conditio noſtra, Renunciantes, aut earum heredes, admittuntur. Gail. 2. *O.* 248. *num.* 3. Exiſtente autem conditione noſtra ſi non egerint renuncians, aut heredes ejus, intra tempus, legib. communiter definitum, præſcriptione excludentur.

LXXX. & ULT.

Quid de remedio ad Supplendum *ratione præſcriptionis?*

Aliud dicendum de ***Remedio ad ſupplendum*** *ex l.* 30. *C. de Inoff. Teſtam.* ſi Renuncians per teſtamentum à patre excluſa fuerit, dote accepta contenta eſſe juſſa: cujus præſcriptio, pendente conditione, currit. Quamvis enim ſucceſſionem patris, ab inteſtato decedentis, renunciatam ita, ante conditionem exiſtentem, perſequi non liceat, ob interpoſitum pactum; diverſitatis tamen ratio in hoc eſt, quòd id, quod in ſupplemento eſt, nondum pro ceſſo habetur; quia planè non delatum à patre, nec à renunciante filia huc usque agnitum. Atqui ut quid maſculis ceſſum habeatur, hoc ſibi priùs modo legitimo filia vindicare debet. Hinc colligitur, huic remedio, (ſicut reliquis actionibus perſonalibus) 30. annis præſcribi & præſcriptionem à tempore aditæ hereditatis currere. Quòd ſi igitur filia ratione dotis congruæ læſa fuerit, & præſcriptionem admiſerit; qualem habeat, deficientibus maſculis, regreſſum? latè in hoc Kellenb. *d. tr. q.* 25. *num.* 9. *& ſeqq.*

Excuſatio *abruptionis.*

Plura adferre non patitur temporis ratio.

RESPON-

RESPONSUM FACULTATIS JURIDICÆ ARGENTORATENSIS,

In Sachen

Deß Weyland Hoch-vvolgebornen Herrn, *HERRN* FRIDERICH WOLFFGANGS,

Freyherrn von Fleckenstein, der Königl. Majest. in Franckreich, bey der Weinmarisch. Armée *hochmeritirten General-Feld-Marschallen und Obristens, &c.*

Erbs - Succession *betreffend.*

C. B. D.

D*Emnach kurtz verwichner Zeit der* Hoch-wohlgebohrne Herr, Herr Heinrich Jacob, Herr von Fleckenstein &c. *Uns Endes-benandten bey hiesiger* Juristen Facultæt *verordneten* Decano, Seniori, *und übrigen* Doctoren, *eine gewisse* speciem Facti, *sampt dazu gehörigen Beylagen, mit* Numeris 1. 2. 3. & seqq. *bezeichnet, einhändigen und dabey gnädig gesinnen lassen, über bemeldtes* Factum, *und die deßwegen vorfallende Streit-Fragen, unsere rechtliche Gedancken förderſamst zu eröffnen. So haben wir nicht allein nach Anleitung unserer Ampts-Pflichten, sondern auch zu unterthänigem* respect, *gegen Sr. Freyherrl. Gn. nicht ermanglen wollen, so bald es immer anderer nothwendig obliegender Geschäffte halber hat seyn können, über vorgelegte* Facti speciem collegialiter *zu* consultiren, *haben auch nach reiffer* consideration *aller Umbständen, Uns folgenden Schlusses einmüthig vereinbahret und verglichen.*

Facti Species.

